LICENCIATI IOANNIS A PAREIA

OTIVM QVADRIMESTRE IN DVAS PARTES DIVISVM.

PRIMA AD REGVLÆ CATONIANÆ, Secunda ad legis Iuliæ, & Papiæ, & caducorum interpretationem expectans.



CVM LICENTIA.

SALMANTICAE,

Apud Ioannem & Andream Renaut fratres.

M. D. XCI.

CLARISSIMIS ET VIRtute, ingenio, nobilitate, præstantissimis vtriusque Iuris auditoribus, suus Licentiatus Ioannes à Pareja. S. & P. F.



ABEO Iurisconsultorum prudentissimus quodcunque tempus quietum à pręclaris, gloriosisq; laboribus habuit, id omne in legendo, scribendoq; consumpsit annum, sic diuidens, vt sex mensibus Romæ in foro in cœtu hominumq; præsentia, & sex mensibus secederet, vt ingenuas ex doctrina oblectationes perciperet, & dulci musarum consortio potiretur: cuius ego vestigijs inhærere exoptans lectionum tempore transacto, reliquum anni tempus ad auorum patriam confugiens, ne nostri ingenij vis senescat, animique vigor neglectus cessatione debilitetur, longeq; fluens suum pristinum deperdat colorem, omni vt aiunt moto lapide quemlibet odorem persequi, & lentum torporem pedibus, manibusq; obnixè abijcere procurans aliquid scribere, quod tãquam pili tempore nazareatus creati finito tempore vobis offerre posse decreui, vt eo munusculo & superflui, seu otiosi temporis rationem reddam, & nostri erga vos animi affectionem ostendam, ipsumque à maleuolorum & obtrectantium morsibus defendam. Nam si Promethei anulum lapide & ferro compactum ob eius coronam extimescebãt vniuersi, & gigantomachiam alias inuisam à Phidia in Mineruæ scuto cellatam omnes adorabant, quis non timebit nostri corporis & animi vincula labori, & cruci perpetuæ adstricta? vestri nominis corona coniuncta? quis ergo nostra scripta ob vestrum nomen coniunctum non venerabitur. Nemo sanè cum vestra maiestas nostros defendet labores. Suscipite ergo iudices integerrimi hoc præsens munusculum, ea animi benignitate qua alia eiusdem generis accipere soletis, mei memoriam renouate, & me ipsum qui vobis obsequi atque obtemperare cupio deditissimum habete, considerantes & intelligentes illa quæ intus solus miror & tacitus loquor, tanto Hercule maiora, quanto cogitatio sermone. Valete felices, & maiora expectate.

Numerorũ. 6.

OTII

OTII QVADRIMESTRIS
Prima pars ad Regulæ Catonianæ interpretationem.

Epugnantibus testamentis iuris regulis scriptis in.l.quod spõ sæ. de don. ante nup. & in authent. de nuptijs.§.deinceps. collatione.4. optimè cõsideratis à Galiaula in.l.Centurio.nu.175. ff.de vulga.Petro Greg.lib.41.syntag.c.1. Guillelmo Onziaco in quæstionibus iuris philosophicis.quæst.57.nume.1. antiquissimis temporibus homines nõ in eis, sed adhuc morientes bona sua in sibi benemerentes contulisse, colligi potest ex Genes.capit.27. in quo moribundus Isaac benedixit filiũ suum Iacob reputans Esau constituens eum Dominum fratrum suorum, idest relinquens ipsi eius honorem & locum, & illo actu tradens duplicem bonorum partem, vt in annotationibus ad literã dicti.c.27. Oleaster & Vatablus 1

tradiderunt,& ex Iustino lib.12. referente annulum à moribundo Alexandro Perdicce traditum signum relicti regni fuisse, & ex Gueuara in vita Seueri.cap.18. referẽte Seuerum moribundum Basiano & Getæ duas fortunas aureas quasi imperium diuisum tradidisse,& ex Iulio Polluce lib.8. Onomasticon affirmante Græcos testantes bona sua adhuc morientes, coram magistratibus diuidere, & ex. l. Caroli Magni in capitularijs constitutionibus impressis ab Alexan. Vbeseo,cum commentarijs Ancopachei, pag.64. habetur lex in Rubrica de adoptio.lib.2. leg.Longobar. sic dicente, *qui filios non habuerit,& alium quemlibet sibi hæredem facere voluerit, corã*
2 *Rege vel Comite traditionem faciat.* Ex quo credo originem sumpsisse testamentũ,quod Romani calatis comitijs appellabant in principio. Institu. de testam. Præfatam tamen diuisionem cum sæpe sæpius fieri angustia temporis nõ pateretur, ne in-
3 uito & reluctante defuncto proximioribus indignis hæreditas acquireretur, vt iuxta sententiã Plutarchi in Solone probatam à Demosthene in oratione aduersus Leptinẽ, amicitia propinquitati, & gratia necessitudini anteponatur iuris rigorẽ mo lire veteres decreuerunt adinuenientes testamentũ per æs & librã in quo imaginario emptionis & venditionis contractu à moribũdo viuus fiebat hęres,idest,hærus bonorũ ex Iustiniano supra afferente eũ modũ in desuetudinem abijsse, cuius rei rationem à Iustiniano omissam tradidit Plutarchus in lib. de sera numinis vindicta dicens illud in præfata formula absurdum esse hæredem non esse emptorem, sed alium, in testamento enim Augusti Domitius emptor familiæ fuit, nõ tamen in vniuersum hæres vt ex Sueton. obseruat Brisonius de form.l.7.pag.653. ac per consequens ipse non tenebatur præstare hæreditatem hæredi in defuncti mente retento.in.l.quidam cum filium.45. ff.de hered.instituen. Decem tamen viri qui suprema sibi potestate data ordinandis legibus duodecim tabularum insudarunt amplissima legandi facultate concessa(vt sibi populum allicerent testamenta admiserunt) varijs legibus restricta furia, scilicet, Glicia,Falcidia, Voconia, Papia, Popea, onerata.l.Iulia de vicesima,Anglorum & Turcarum sanctionibus, de quibus infra mẽtionem faciemus. Restricta varijs prudentum responsis,de quibus fit mentio in l.120.ff.de verbor.significa. quorum licet plura adducere possem vnũ interim pro- 4
posuisse contentus ero.

Amplexa ex Sabino in.l.29.ff.de diuersis regul.iuris. circa contractus regula dicente ab initio vitiosum ex post facto nõ conualescere eam ad institutiones extendendam esse dixit Ruffinus in.l.210.ff. de diuersis regulis iuris, ea vt suspicor ratione motus,quia inter testatorem,& hæredem quidam censetur celebratus contractus apprimè desideratus in. §. sed neque.Instit.de testamen.quæ extensio licet ex præfata ratione posset in institutionibus fieri,non tamen secundùm strictas iuris regulas poterat fieri ad legata, quia legatarius nullum cum defuncto, sed solũ cum hærede post defuncti mortem negotium gerit,ea tamen vt iniquitatibus & legatarijs succurreretur à Marco Portio Catone,filio Catonis senioris, qui consulatum gessit cum Lucio Valerio,anno ab vrbe. 555. extensa est in regula præsenti. Nam cum Cato consideraret ad testamẽti factionem passiuam tria tempora requiri,in.l.si alienum.45.§. in extraneis. ff. de hæredibus instituendis, & legari solum ijs posse, cum quibus testamẽti factio est, in. §. legari. Instit. de legatis. in necessariã consequentiam nostrã regulam promulgauit oculos,vt credo conijciens è conuerso posthumi sui institutione admissa contra iuris regulas ne præteritus rumpat testam.vt ex.l.Gallus.§.ille casus.versic.procedere. nos infra deducimus, fuit admissum in necessariã cõsequentiam,ex regula.d.§.legari. præfato posthumo posse legatũ relinqui.in.l.qui filiabus.17.§.1.in fine.ff.de leg.1.l.1.in fin.ff.de legatis præstã dis. §. posthumi.versic. sed & fœminini.

Instit.

Inſtituta de exhæredatione liberorum, non tamen Cato noſter hac in regula ius
5 nouum ſtatuit, vt putarunt Dinus relatus à Barto.in.l.1.num.5.ff.de diuerſis regulis iuris.& Anto.Marſil.de eccleſiaſticis redditibus.c.14.num.9.quia & ſi id Cato voluiſſet facere nequiuiſſet,erat enim Iuriſconſultus,& ſic tantum poterat ius ex.l. duodecim tabularum deſcendens interpretare, vt in propoſito legis. 2.§. deinde ex his. ff. de origine iuris. adnotarunt, Othomanus in Iuriſconſulto in principio.Cota in tracta.de Iuriſperitis. Duarenus lib.2.diſputationum.c.38. non tamen poterat Cato ius nouum condere, in l. proſpexit.ff.qui & à quibus.in.l.1. C.de legibus.& ſic Catonem non conſtituiſſe ius nouum in præſenti Balduinus in Scæuolam,pag.30.& Zancus.6. §.parte. nu. 137. tradiderunt,& ſatis conſtat:nam ſuam interpretationem regulam appellauit,cuius naturam eſſe deriuari ex antiquo iure ſcripto.vt ex.l.1.infra de regul. iuris, verſicu. non. *Vt ex regula ius ſumatur, ſed ex iure quod eſt regula fiat.* Oroſcius in. l. iura. non in ſingulas,numer.8. ff.de legibus. & Connanus.l.10. c.5. num. 13. tradiderunt, eamque tanquam iuris antiqui interpretationem,& normam allegatam inuenio in l.Iulianus.85. ff.de condit. & demonſt. l. cum ſeruo.17. ff.quando dies leg.ced. huius tamen antiquitatis prætextu interpretatur Connan.lib.10.commen. c.5. in fin.
6 l.fin.huius tit. dicentem, *regula Catoniana ad nouas leges non pertinet, ideſt, Cato nihil noui introduxit*, neque nouis legibus eius regula eſt annumeranda,cum ex antiquis tabulis ſit deſumpta,quam Connani argutam deductionem laudo,illi tamen quoad ſenſum dictæ legis fina. non acquieſco: ſtolidum quippe eſt dicere Vlpianũ rem ſæpe ſæpius deciſam declarare,& in ea lege ſolum exemplum nudum & deſtitutum à iuris noua interpretatione induxiſſe, quare Accurſius difficultate oppreſſus ſeptem intellectus ibidem congeſsit, ex quibus vix vnus reperiri poteſt, qui difficultati exitum demonſtret ſicque interpretes difficultate ſuperati latebras quærunt, vt quam non poſſunt deuorare difficultatẽ ſaltim fugiant,cuius Accurſij quartam interpretationem probat Azo in ſumma huius tituli dicens, noſtram regulam non extendendam ad nouas leges, hoc eſt, ad Senatuſconſulta Tertyllianũ & Orficianum quæ ſolent noua iura appellari, in. l. tutelas. ff. de capite minutis. vt eorum reſpectu filius aut mater teſtamenti tempore incapax mortis vero tempore capax habeat defuncti hæreditatẽ, in cuius interpretationis cõfirmationem nõnulli expendunt tex.in.l.pen.ff.ad Tertyllianum dicentẽ, *Sacratiſsimi Principis noſtri conſtitutione cauetur, Vt matris inteſtate hæreditas ad liberos tametſi in aliena poteſtate ſint pertineat*, debentes aduertere in eo textu non probari ex emancipatione facta à patre naturali filios habere bona materna, ſed tantum probari quod filius qui viuẽte patre fuit arrogatione vel adoptione.capite minutus. in. §.minima inſtituta de capitis diminutione, & ſic erat repellẽdus à legitimis hæreditatibus, in.l. capitis. 11. ff. de ſuis & legitimis hæredibus admittitur ex Tertylliano in. l. 6. in princ. ff. ad Tertyllianũ & ex Orficiano in principio Inſtituta ad Orficianum, quia in eis Senatus Conſultis perſonæ nõ ciuiliter ſed naturaliter deſignantur, vt in dict.l.tutelas.dicitur,ſed huiuſmodi interpretationẽ Azonis conuinci ex.l.1.§.1.ff. ad.l.Falcidiam.vbi.l.Falcidia reſecans legata pertinet ad teſtamenta confirmata finitione legis Corneliæ poſtea latæ nonnulli in priuatis ſcriptis tradiderunt, debentes aduertere Falcidiam, anno vrbis 712.Corneliam anno vrbis.673. latã fuiſſe vti Othoma. & Anto.Auguſt. in ſuis indicibus legũ Romanarum tradiderũt.Conuincitur tamen ex. l.ſed & poſteriores. ff. de legibus. lex enim quadam ſcientia vniuerſali ad conſtitutiones nouiores ſpectat. in.l.1.cũ ibi notatis.ff.de conditione. ex lege.l.Arriani.C.de hæreticis.Bartol.in d.l. fina.Aliam gloſſæ interpretationem amplectitur,vt dicamus regulam Catonianã

non expectare ad Theodosij constitutionem, latam in.l.3. C. de naturalibus liberis. cum postea lata sit, & considerat exinde Bartol. statutum denegans forensi cõmodum testamentarium, si mortis tempore forensis ciuitate donatus sit impedimento illo quasi cessante legatum consequitur. Pro cuius doctrina potest expendi elegans text. in.l.si cognatis. ff. de rebus dubijs. verum ea interpretatio Bart. falsa est, nam text. in dict.l.2. loquitur in institutione vtili ipso iure, licèt inutili effectu, quia alij auferunt in.l.2. C. de naturalibus liberis, ac per consequens non impeditur per regulam Catonianam, vt circa interpretationem legis, si seruus eius. ff. de acquirenda hæredit. infra dicemus. Neque enim Vlpianus qui vixit tempore Alexandri Seueri potuit glossare Theodosij constitutionem, postea latam in dict. l. 2. falsum etiam asserit Bart. dum ait, præfato forensi legatum deberi non cum lex à principio resistat actui, ita est nullius momenti relictum, vt nullo casu posset recõualescere dict.l. quæ ab initio. facit text. in l. Paulus.11. de statu hominum. & in. l. si minor. ff. de seruis exportandis. circa quarum enucleationem plura ad nostrũ propositum conducentia nos adducemus in repetitione. c. fina. num.53. de conditionibus appositis, neque Bart. fauet text. in. d. l. si cognatis. quia illis cognatis nõ obstabat incapacitas, sed qualitas cognationis, ac per consequens illorum casus Catonis dispositione regulari non poterat in. l. 2. §. sed si extraneum. ff. de vulgari & pupillari substitutione. in.l. cum ita.33. §. in fideicõmisso. ff. de legat.2. quas ita summo cum iudicio. Craueta in.l. cum filio.1. par. nu. 19. de leg.1. & ibi Socin. nu.19. acceperũt. Vnde Guillelmus Onziacus. lib.1. Academicarum quæstio. quæstio. 20. intelligit Catonianam regulam non expectare ad nouas leges.i. ad constitutiones prætorias, quibus sublato impedimento conceditur bonorum possessio, in. l. cũ filius. §. hæres. de lega.2. l. qui ex liberis. §. testamẽto. ff. de bon. poss. secundũ tabulas, sed cõuincitur hæc interpretatio, quia Marcus Cato non de legato valido, sed de legato ab initio nullo loquitur, ac per cõsequens non reconualescit. l. si filius.6. ff. de liberis & posthu. l. vxoris abortu. C. de posthu. hæred. Secundò, quia Cato non æquitatem prætoriam, sed iuris ciuilis respexit subtilitatem, ideo in ea non reconualescit legatum, nam testamentum quod dicitur validum in.l. posthumus.12. ff. de iniusto rupto. attento iure prætorio solum desiderante, duo tempora habilia ad concedendam bonorum possesionem in.l.1. §. exigit prætor. ff. de bonor. poss. secundum tab. in cuius proposito Theophilus in. §. non tamen. Instit. quibus mo. testam. infir. Fulgo. in. l. sancimus. in fine. C. de testamen. tradiderunt, dicitur inutile in. l. Gallus. §. idem credendũ. versic. num si filius. quia Gallus inspecta iuris ciuilis subtilitate non finit testamentum semel inefficax reconualescere.

Ad veritatem tamẽ magis accesserunt Cuiacius lib.4. obserua. cap.4. & in nothis ad Vlpian. tit.24. & in. §. sed si rem. Instit. de legat. Connan. lib.10. c.5. num. vlt. Balduinus lib.3. ad Iustinia. pag.468. Othoman. lib.2. quæstionum. c.3. asserentes, regulam Catonianam non pertinere ad nouas leges, idest, non pertinere ad leges Iuliam & Papiam, aliasq; in eorum resuscitationem latas quæ leges appellantur nouæ habito respectu ad tempus quo decẽ viri Marcus Cato & alij Prisci Iuris Consulti floruerunt, & ius quod antea vigebat ius antiquum in.l. Celsus. §. quod alicuius de legat.2. in.l.1. verbo, pro antiquo iure. C. vnde vir, & vxor. iunctis ijs quæ in eius proposito Thalelæus Græcus interpres doctissimus lib.45. Basilicon. tit.5. adnotauit in fragmento Vlpiani tit.24. dicentis legatorum quæ purè vel in diem certum relicta sunt dies cedit antiquo iure ex mortis testatoris tempore per legem Papiam ex apertis tabulis, leges enim Iulia & Papia tantum timorem in omnibus introduxerũt, vt testatores inuiti quodammodo & reluctantes ad exclusionẽ fisci hære-

hæredibus substituen. in. l. vnica. in princip. C. de cadu. tollen. præbuerunt occasionem vt. I. C. ad populum sibi allliciendum varias interpretationes quibus fiscũ excluderent excogitarent, inter quas celebris fuit nostra. l. fina. ad cuius decisionẽ eo constrictus fuit Vlpian. quod præfatæ leges loquuntur de legato relicto cœlibe & orbo quod ab initio validum est. l. si quis. 72. versi. potest institui. ff. de hæred. instit. l. cogi. 13. §. hi qui solidũ. ff. ad Trebell. at regula Catoniana de legato ab initio nullo, & quia nostra regula tantũ expectat ad legata quorum dies cedit à morte defuncti, in. l. 3. huius tit. at in. l. Papia. dies legatorum cedebant non à testantis morte, sed ab adita hæreditate, in. l. vnica. §. cum igitur. C. de cadu. tollen. merito ergo dixit Vlpianus ad leges Iuliam & Papiam, Catonianam non expectare, nam nec nostra regula secundùm Goffredum in rubr. huius tit. num. 26. expectat ad le-
7 gem Eliam Sentiam impediẽtem manumissionem cum in ea sicut in. l. Papia habeatur ad aperturam tabularũ respectus, in. l. qui soluendo. 42. ff. de hæred. instit. in l. si mortis. 18. ff. de manumiss. neque ad. l. Flauiam. de manumiss. (in qua non testamenti sed mortis tempus inspicitur) in. l. lege Flauia. ff. de manumiss. nam cum loquatur lex Flauia in legato libertatis, sumus intra terminos legis Papiæ, cum dies legati ab adita hæreditate cedat, in. l. vnica. §. libertatibus. C. de cad. tollen. & sic in casu quo excluditur nostra regula, qua
8 obseruatione motus ego soleo docere nõ esse confundenda iura de incapacibus loquentia, cum ijs quæ de cœlibe & orbo scripta sunt, nam incapax tempore testamenti licet postea capax fiat succedere nõ potest, quia legatum ab initio inutile non reconualescit, at cœlebs & orbus habent testamenti factionem passiuam, licet ad commodum fisci nisi intra tempus præscriptum legis cõditioni paruerint, ac per consequens eius institutio reconualescit in. l. si is qui. 11. ff. de vulg. verbo nihil oberit ei in substitutione, si tunc capere possit cum filius decessit: nam in simili constituitur differentia inter deportatum & seruum penè in. l. intercedit. ff. de conditionibus & demonst. vbi legatum Titio datum si Consul fuerit non perimitur Titio in insulam deportato, quoniam restitui potest & Consul fieri, sicque potuit cõditio existere, & dies legati cedere, diuersum tamen est in seruo penè, quia cum semel fuerit seruus, & sic fuerit incapax ad implendi conditionem, reditur legatum inutile, & sic non consideratur eius cõualescentia, vt argutè considerat Costa. 2. §. parte. num. 24. interpretans exinde tex. difficillimum in. l. ex facto. §. si quis rogatus. el. 2. ff. ad Trebellianum. quia restitutus dicitur nouus homo, lex qui vsumfructum. ff. de vsufructu. & separatur titul. de his quibus vt indignis, à titulo, de his qui non pro scriptis habentur. Nam in primo casu legatum occupat fiscus, quia validũ in secundo casu nihil occupat, quia habetur perinde, ac si scriptum non esset, soleo etiam cõciliare Modestinum in. l. in tempus. 62. ff. de hæred. instit. admittentem incapacis institutionem dilatam in tempus capiendi, non ex iure stricto, sed ex beneuolentia, cum Scæuola in. l. Gallus. §. quod si is. versic. vt instituens. asserente in cõsilio Galli, in quo habetur respectus ad subtilitatem & ius strictum securè testatorem nepotem nasciturum instituere dicendo, quod ille posthumus Scæuolæ verè & realiter non erat incapax hæreditatis ob aliquam rationem ciuilem, vt peregrinus latinus deportatus erat, tamẽ impeditus capere propter defectum subiecti, & sic impedimentum facti, vt postea dicemus, ac per consequens non obstante nostra regula cessante ex eius natiuitate impedimento, capit hæreditatem & non rumpit testamentum, & Martianum in. l. his verbis. 48. §. interdum. ff. de hæred. instit. asserẽtem, inutilem omnino esse institutionẽ serui de adulterio accusati, ꝓpter legem Eliam Sentiam soleo cõciliare cũ Iuliano in dict. l. qui soluendo. asserente, institutionem in specie. l. Eliæ Sentiæ conuale-

ualeſcere ceſſante impedimento dicẽdo
in ſpecie Marciani non tantum impediri
inſtitutionem per legem Eliam Sentiam,
quia tunc reconualeſceret ex Iuliani ſen-
tentia, ſed impediri per antiquam legem
duodecim tabularum qua cauetur, quod
ſine libertate vtiliter data ſeruus proprius
inſtitui non poteſt, in principio Inſti-
tuta de hæredib. inſtituen. ac per conſe-
quens cum Marcianus conſideraret præ-
fatum ſeruum non fuiſſe vtiliter propter
legem Eliam Sentiam manumiſſum taci
tè ſignificauit eius inſtitutionem eſſe no-
ſtræ regulæ ſubiectam, & Terentium Cle
13 mentem in. l. ſi ſeruus eius. 81. ff. de acqui-
renda hæreditate aſſerentem legatum re
lictum ſeruo illius qui capere non poteſt
ſublato ex manumiſsione vitio vel impe-
dimento venire ipſi pręſtandum nõ repu
gnare noſtrę regulæ, neque regulæ tex. in
l. quæ ab initio. ff. de diuerſis regulis iuris,
vt non intelligatur Terentius Clemens in
legato relicto ſeruo incapacis, vt plures
incautè crediderunt, nam cum ſeruus ad
hoc vt poſsit hæres inſtitui, vel legatum
capere perſonam domini quaſi mutuam
exigente vtilitate accipiat, vt ait Theo-
philus in principio inſtituta de ſtipulatio
ne ſeruo. in eius perſona nõ diceretur le-
gatũ validum ſi dominus incapax eſſet in
l. non minus. 31. ff. de hæred. inſtituen. in
l. ſi mihi. 57. §. 1. de legatis. 1. in. l. debitor.
84. §. ſeruo alieno. de legat. 2. ſed intelliga
tur iuxta ſupraſcriptionem quæ in bene
emendatis. C. talis eſt, Terentius Clemẽs
lib. 16. ad legem Iuliam & Papiam. in le-
gato relicto ſeruo cœlibis & ſic capacis
qui hæreditatem aut legatum non ad cõ-
modum fiſci, ſed ad ſui vtilitatem acqui-
rit, ſi antequam adiret, vel manumiſſus eſ-
ſet, vel ſaltim alienatus haberet dominũ
qui capere poſſet, vt pulchrè more ſuo
Fortunius in. l. Gallus. nu. 29. Viglius in. §.
in extraneis. num. 2. inſtit. de hæred. qual.
tradiderunt, nam vt lib. 3. interpretationũ.
ad. l. Papiam. Terentius Clemens in. l. 52.
de legat. 2. dixit. *Non oportet prius de condi-
tione cuiuſq; quæri quam ad eum hæreditas*
legatum ve pertineat, ideſt, in legato reli-
cto cœlibi, & orbo aut ſeruo eius, cum nõ
relinquatur incapaci, neque ſit inutile qua
le legatum Catonis non debemus inſpice
re tempus teſtamenti, vt in Catonis regu-
la, ſed tẽpus quo honoratus habet hæredi-
tatem vel legatum facit in ſimili pulchra
regula. text. in. l. in mortis. 22. ff. de dona-
tio. cauſa mortis. in. l. 3. §. 1. verſi. quando.
de iure fiſci. quas ad pulcherrimũ caſum
ſummo cum iudicio Xuarez allegatione
27. numero vigeſimoprimo. Caualcanus
de vſufructu mulier. relicto numero
195. more ſuo conſiderarunt, vnde au-
tem Cato noſtram regulam deduxerit,
dubitant interpretes & Cuiacius, Con-
nanus & Balduinus ſupra cum alijs vi-
ris doctiſsimis firmant noſtram regulam
deduci ex. l. quæ ab initio. ff. de diuerſis re
gulis iuris. cui alij contradicunt referẽtes
Accurſium & Bartol. ſecurè tenuiſſe no-
ſtram regulam ad hæreditates non expe-
ctare, expendentes ad id text. in. l. 3. huius
tit. & in dict. l. ſi ſeruus eius, quibus vt Cu- 14
iacius ſub nomine Antonij Mercatoris in
lib. notarum Roberti. capite decimoter-
tio. Rebardus in. l. penultima. ff. de re-
gulis iuris, ſatisfaciant, aduertunt men-
doſe legi in dicta. l. 3. hæreditates cum
debeat legi, *Regula Catoniana non pertinet
ad libertates*, ſed eorum obſeruatio cõuin
citur primo, quia ei repugnat veterum. C.
autoritas quam ſummo cum iudicio ap-
probarunt Robertus lib. 1. animaduerſio.
cap. 13. & Onziacus ſupra. l. 2. c. 16. nu. 2. Se
cundò, quia ſi Iuriſconſultus loqueretur
de legato libertatis, fruſtratoriè & ſuper-
fluè diceret, *Catonis regulam non pertinere
ad libertates & ad legata, quorum dies ab
adita hæreditate cedit*, nam legatum liberta
tis non à morte teſtantis, ſed ab adita hæ-
reditate cedit, in. l. vnica. §. libertatibus. C.
de caducis tollendis. ac per conſequens
ſufficiebat Iuriſconſulto dicere, regulam
Catonianam nõ expectare ad legata, quo-
rum dies ab adita hæreditate cedit. Ter-
tiò, ex. l. 4. huius tituli, in qua Vlpianus ait
regulam Catonianam non pertinere ad
condi-

conditionales institutiones, ergo pertinet ad puras. Verum est tamen regulam Catonianam non pertinere ad hæreditates & legata, quorum dies ab adita hæreditate cedit, idest, Catonis regula non pertinet ad relicta in testamēto, in quo cœlebs vel orbus est hæres scriptus, nam cum ea institutio habeat in se tacitam conditionē si intra tempus à lege præscriptum, legi paruisset impedit locum nostræ regulæ ex. l. penult. infra dicente, *regulam Catonianam ad conditionales institutiones non pertinere*, ac per consequens succedit regula Terentij Clementis in dict. l. 52. *non oportet prius de conditione, cuiusque quæri quam ad eum hæreditas legatumve pertineat*, ex quibus satis colligitur incautè Cuiacium, Connanum, & Balduinum ex regula legis quæ ab initio nostram regulam deduxisse, deduxit tamen Cato nostram regulam extensione facta dict. l. si alienum. 45. §. in extraneis. ff. de hæred. instit. & licet in legatis & institutionibus loqueretur, vt constat ex. l. si à primo. 8. de liberis & posthumis. Si Cumano in. l. Iulianus noster. ff. de conditionibus & demonstrationibus. & Cuiacio libro quarto obserua. capite quarto. fidem adhibemus, verbo tamen legandi fuit vsus prisci, nāq; Iurisconsulti ad similitudinem legis duodecim tabularum, verbo legandi institutionem exprimebant, vt satis colligitur ex. l. 120. ff. de verbor. signific. ex eo autem fuit Cato motus, quia cū testator

15 tempore testamenti illius propositi est, vt si statim morte præoccuparetur, legatum caperet legatarius non expectata ex accidenti eius validitate, vt in. l. in vniuersis. C. qui dare tutores dicitur, ex eius voluntate sumpsit coniecturam qua exclusit, eum qui tempore testamenti capax non erat, licet postea efficeretur capax, quia eum non adiuuabat præfatæ mentis testantis coniectura. Legi autem minimè vitio tribuendum est, quod ante legatum de persona inquirat legatarij, nam cum ex die testamenti generetur quodam ius in fauorem legatarij, statim eius personam. l. perscrutatur an habilis sit, vt si habilis sit concurrens cum voluntate testantis, ius producat, si autem sit inhabilis tanquam materia sine forma, ita inutilis relinquatur, vt conualescere non possit, voluntatem enim testantis pulchrè arbori comparauit Othomanus in. §. an seruo. Institutã de legatis. sed arbor nisi vt primum sata est, radices egerit interit sine dubio, ita etiam voluntas testantis si testamenti tempori fuerit inutilis non reconualescit ex re superuenienti: facit textus in. l. si filius qui fuit in potestate. ff. de liberis & posthumis. vbi testamentum in quo filius est præteritus non reconualescit etiam si filius viuo patre decedat, quia considerauit lex esse ex testa 16
mento filio suo hæredi factum præiudicium, ac per consequens in hæredis fauorem nullum ius introduxit, deficiente tamen filio non reconualescit, quia & si daremus tunc voluntatem legis, non damus concursum hominis, ac per consequens nulla producitur actio, Sol enim licet sit præcipua causa generationis non generat, nisi hominis concursu, & obligatio ciuilis sola, nisi cum ea concurrat ab initio obligatio naturalis, nullam producit actionem, vt pulchrè docuit Bartol. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. num. decimoquarto. ff. de pactis. nam stricta iuris ratione coactus Iabolenus in. l. qui vxorem. 15. ff. de iniusto rupto dixit, testamentum illius qui apud hostes decessit posthumi præteritio, ne rumpi nec reconualescere etiam si posthumus decedat, quia attento initio erat præiudicium factum posthumo, ac per consequens ei actui non consensit lex, & sic fuit nullius momenti, non reconualescit tamen ex post facto, quia tempore quo poterat concurrere lex, nō concurrit factum hominis quæ ratio ad prædictam legem qui vxorem mihi moralis videtur. Verumtamen rationis centrum ad Iabolenum ex eo censeo sumendum considerans ꝙ licet testamentum in quo posthumus est præteritus si posthu- 17

 mus

mus viuo patre decedat reconualescit de iure prætorio.l.posthumus. de iniusto ru pto.cum eo iure duo tantum tempora de siderentur,in.l.1.§.exigit prætor. ff. de secundùm tabulas.quæ cum reperiantur in dict.l.posthumus.recõualescet testamen tum,quòd non reconualescit in dict.Iabo leni specie, quia ibi erat quæstio circa legem Corneliam fingentem mortuum apud hostes decessisse tempore quo capiebatur.l.in omnibus.18.ff.de captiuis.l. lege Cornelia.ff.de testam.l.1. C.de captiuis. ac per consequens dicimus posthumum natum & mortuum post mortem patris,atque ita deficiente habilitate extremi prætor non concurrit ad dandum bonorum possessionẽ,quam sine dubio daret, si in eo textu nõ de fictione legis Corneliæ, sed de fictione postliminij tractaretur, vt grauiter Berueranus in.l. si pater. nume.101.versic.secundo contra hanc.C. de institutionibus, annotauit.

18 Ad cuius rationis centrum animum appellens Vlpianus in.l. penult. huius tit. dixit, *regulam Catonianam ad concionalia legata non expectare*, quia deficiente cõditione, vt Connan.lib.10.cap.5.nu.13. Philibertus Bruselius in tract. de conditionibus.l.2.tit.1.fol.143.tradiderunt, potius legatum non datur quàm inutiliter datum dicetur, pendente vero conditione non sunt legata, neque est ortum aliquod ius, & ideo vt elegãter Florianus in. l. cætera. §.tractari.de leg.1. ait, quòd non est infirmari non potest, non entis nullæ sunt qualitates existente vero conditione cum testator testamenti tempore non eo appulit animum, vt si eo tempore quo fiebat testamentum decederet res legata pertineret ad legatarium, sed potius dispositionem suam in tempus existentis conditionis suspendit, lex non inquirit conditionem hæredis aut legatarij, antequam ad eum hæreditas aut legatum pertineat, ex supra citata sententia Terentij Clementis, neque tunc obstat conditionem existentem retrotrahi solere, vt initium spectemus, in.l. qui balneum. §. amplius. ff. qui potiores in pignore habeantur, nam respondeo quòd lex fictionem retrotractiuam inducit in vltimis voluntatibus, 19
quando talis retrotractio prodest validitati actus, vt in proposito legis & quidem. de legatis. 1. doctissimus Onziacus supra l. 1. cap. 16. adnotauit, quando vero non prodest conditionis existentiam non retrotrahit lex in.l.1.§.serui. ff. ad Syllanianum.l.quæ legata.ff.de diuersis regulis iuris.quam obseruationem magni momenti iudico primo ad interpretationem text. 20
in.l.si alienum.45.§.in extraneis. ff.de hæred.instit. vbi in conditionalibus institutionibus tria tempora esse expectanda cauetur, vt intelligamus simpliciter & in abstracto tria tempora consideranda, id tamen esse limitandum quando ex alicuius temporis consideratione redderetur inutile legatum, nam tunc Vlpianus naturali æquitate motus, nõ tempus testamenti attendendum esse dixit eam in sua mente, vt suspicor rationem considerans quod inter hæredem & testantem diuersi actus fiunt, nam tempore testamenti ad certum tẽpus mortis, scilicet, purè institutus, vel sub conditione ad tempus existentis conditionis reuocabiliter bona emebat, tempore vero mortis contractum irreuocabilem faciebat in casu existentis cõditionis, tempore vero existẽtiæ dominiũ bonorũ irreuocabiliter acquirebat, vnde merito requiritur in.d.§.in extraneis.vt in omnibus ijs temporibus hæres habeat capacitatẽ, at in Catonis regulã (licet ea procedat in institutionibus ob extẽsionẽ à nobis supra factam) principaliter de legatis est sermo, ac per cõsequens nõ extenditur ad cõditionalia, quia legatarius nullũ negotiũ facit cũ defuncto, sed tantũ cũ hęrede tempore cõditionis existẽtis, ac per cõsequẽs cũ eius ius ante existentiã conditionis nõ sit considerabile, in.l. vnica. §. sin autem aliquid. C.de caducis tollend. de qualitate legatarij non tractatur, tractatur autem quando existente conditione aliquod negotium potest gerere cum hærede. Secundò exinde est necessario interpretandum

secun-

secundùm exemplum Iuriscõsulti in præ senti in illis verbis, *item si tibi legatus est*
21 *fundus qui scribendi testamenti tempore tuus est, si cum viuo testatore alienaueris legatum tibi debetur, quod non deberetur si statim testator decessisset.* Catonis ergo placito casus iste non contineri dicendum est, quia sub ea præcisa conditione, si cum viuo testatore alienaueris est legatum relictum vt ea conditione attenta non tempus testamenti sed mortis cõsideretur, & sic quòd principium inutile habebatur, ex. §. sed si rem, Instit. de legatis non impediente Catoniana reuiuiscit, sed tunc fortiter obstat tex. in. l. cætera. 41. §. tractari. de legat. 1. ibi *& siquidem ab initio non consistit legatum ex post facto non conualescit, quemadmodum nec res mea legata mihi si post testamentum factum fuerit alienata, quia vires ab initio legatum non habuit*, & in §. sed si rem. Instit. de legatis. vbi Iustinianus ait, *sed si rem legatarij quis ei legauerit inutile est legatum, quia quod propium est, ipsius amplius eius fieri non potest, & licet alienauerit rem, non debetur ipsa res nec æstimatio eius*, quibus iuribus proponitur Catoniana obstante rem propriam legatarij eidem legari non posse, quia accidẽs superueniens ex illius alienatione, vt inutile reualidetur, non operatur in qua difficultate asserit Cuman. Iurisconsultos contrarios esse, & affirmat Othoman. in dict. §. sed si rem. citius posse quadrari circulum quam Iurisconsultos conciliari: nam Celsus eo animũ appulit (vt indicãt eius verba) vt vno aut altero medio Catonem redargueret, vt eius regula clarior redderetur, vnde difficultate superati Cuiacius & Othomanus in dict. §. sed si rem. opinionem Celsi falsam crediderũt, moris enim fuit Celso aliquando contra iuris regulas respondere, vt à doctrina Sabini deuiaret, erat enim discipulus Antisti, scilicet, Labeonis, ac per cõsequens ipse cum Nerua & alijs de opinionibus aliorum Iurisconsultorum ridere solebant, in. l. est differentia. 9. versic. & derisus est Iurisconsul. Nerua. ff. quib. mod. pign. vel hypot. tac. contrah. l. quod meo. 18. §. si à furioso. vers. illud ridiculũ est. ff. de acqu. poss. ex Plinio obseruat. Sarmien. libro. 2. Selectarum. cap. 1. num. 4. ab his tamen discedendum censeo, ne de mendacio Celsum arguamus & dicamus contrarietatem in iure relictam quæ vno aut altero loco decisa nõ extet iuxta sententiam Iustiniani in. l. 2. §. nulla itaque. C. de veteri iure enucleando, vnde alij difficultate superati asserunt in dict. §. tractari. conditionem fuisse subintellectam, ac per consequens ad eam regulam Catonianam spectare, cum dicere soleant in. l. nonnunquam. ff. de conditio. & demonst. l. expressa. ff. de diuer. reg. iur. Iurisconsulti expressa nocent, nõ expressa non nocent, sed falluntur sanè nam vt infra demonstrabo regula Catoniana, sicut expressa ita etiam tacita conditione excluditur, vnde in hac difficultate nouè dicendum censeo Iurisconsultos posse concilia ri, si dicamus Celsum ad rei veritatem, Iuriscõsultum vero in dict. §. tractari ad corticem verborum animum appulisse secũdùm quam legatum est purum, ac per cõsequens non reconualescit ex post facto, tacitè affirmans reconualescere ex conditione subintellecta iuxta sententiam Celsi in præsenti, nam sæpe sæpius signa exterio 22
ra spectantes aliud statuimus ab eo quod attenta veritate, & agentis intentione statueremus, vt nonnulli grauissimi viri circa interpretationem text. in. l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætoris. & in. l. 1. C. de testam. summo cum iudicio annotarunt, cõciliantes exinde intricabilem antinomiam contractam inter Iulium Paulum in. l. 2. §. si à furioso. ff. pro emptore. negantem Publicianam ementi à furioso quem sanè mentis emptor credebat, & Marcellum contrarium omnino respondentem in. l. eum qui. 8. ff. de Publiciana, vt Paul. rei veritatem Marcellus non rei veritatem, sed opinionis & existimationis rationem figuram apparentiam & faciem fuerit intuitus, vt si existimationem sequaris vsucapio & Publiciana procedant, sin rei veritatem cũ nulla emptio sit

sit nec Publiciana competat, quòd ego latiùs declarabo in repetitione capituli nouit notabili.1. ad finem, de iudicijs, sed hoc in loco implacabilis & inextricabilis antinomia nascitur, & se ostendit inter duo Responsa Iurisconsulti Pauli, nam
23 Paul.lib.8. ad Plautium, cuius fragmentum extat in.l.13.de optione legata,ita ait, *si optio serui mihi data fuerit, & stico aliquid testator sine libertate legasset, tunc sequens legatum consistit cum tota familia ad vnum, idest, sticum reciderit, vt quasi purè legato vtiliter sit legatum, nec aduersatur Catoniana, si voluntarius hæres institutus sit, quia potest ante aditam hæreditatem, etiam si statim decesserit tota familia minui, quòd si necessarius hæres institutus sit sequens legatum propter Catonianam inutile est*, ex quibus verbis manifestè deducitur in priori parte seruorum optione Titio data, & vni ex ipsis legato relicto cum istud legatum optionis non cedat nisi ab adita hæreditate, in. l. optione. ff. de optione legata. non habet locum regula Catoniana, in.l.3. huius tituli. & si contingat ante aditionem totam familiã seruorum minui stico cui legatum datũ est superstite,erit legatum purum, non tamen subiectum Catoni, quia à principio fuit conditionale,si autem suus aut necessarius fuerit hæres scriptus cum nulla sit necessaria aditio legatum stico relictũ nõ valet,neque reconualescit ex nostra regula,sed legatum stico relictũ pendet à legato optionis,vt si legatarius sticum optauerit cum eius fingatur, valet legatum, quia seruo legato relictum,si autem alium elegerit non valet legatum,quia seruo hæredis relictum igitur si illud legatum stico datum est conditionale quo pacto per nostram regulam redditur inutile, cum dicat ipsemet Paulus in. l. 2. huius tituli, quis legauerit, *Si filia mea Titio nupta erit sufficere visum est, si mortis tempore nupta inueniatur: licet testamenti facti fuerit impubes*,quibus verbis declarauit legatum sub conditione relictũ,si filia mea Titio nupta erit ex Catonis regula non subuerti quantumuis testamenti tempore sit impubes, cuius ætatis prætextu legatum videtur inutile, ergo idem videbatur dicendum in dict.l.si optio. qua difficultate superati Accursius & Bartol. in præsenti. tex.in dict.l.2.in conditione expressa. tex. vero in dict.l.si optio.in conditione tacita interpretarunt,vt regula Catoniana conditione expressa non vero tacita excludatur,sed falluntur sanè,veriùs enim est nostram regulam sicut expressa, ita tacita cõditione excludi, vt doctissimus Onziacus dict.c.16.affirmauit: cuius sententia probatur in.l.si domino sticus.99. de legat. 1. vbi dominus consequitur partem legati, quia seruus manumissus ab eodem domino potest eundem sticum optare,& sic illa tacita conditione, si seruus fuerit manumissus excluditur Catoniana.

Probatur secundo ex.l.qui filiabus. 17. §.fin. iuncta lege sequenti de legat. 1. vbi hæc verba habentur, *Si vni ex hæredibus fuerit legatum, hoc ei deberi officio familiæ hercisc undæ, manifestum est, sed etsi se abstinuit ab hæreditate consequi eum hoc legatum posse constat*, & subdit Iulianus, *& quidem totum legatum petere potest, quamuis à semetipso inutiliter ei legatum fuisset* prælegatum, etenim pro parte cohæredum valere pro sua vero non valere, constat ex eo quòd à semetipso non potest legari in.l.legatum. §.1.de legat. 1. & probat text. difficilis in.l.miles ad sororẽ. §.pro parte.de legat.2.si vero ab hæreditate se abstinuit iure legati totum consequitur,pendet itaque validitas istius legati ex illa tacita conditione, si se ab hæreditate abstinuit, ex qua Catonianam regulam reiecerunt consulti, ergo tacita conditio excludit Catonianam.

Tertiò & vltimò,quia ab omnibus recipitur conditiones tacitas à lege subintellectas ex natura rei prouenientes transmissionem non impedire: at conditiones, si optauerit, si repudiauerit, de quibus in dict.l.si optio.& in.d.l.qui filiabus. §.fin. & si tacitè sint impediẽt quidẽ quia non ex lege vel natura rei. sed ex testantis

tis dispositione, & legandi modo per ipsum obseruato proueniunt, voluit nanq; testator vt non prius legatum seruo datum valeat quam optio præcedat, & habito respectu ad iuris regulas, voluit quod non habeat totum prælegatum iure legati, nisi se ab hæreditate abstinuerit, vt notabiliter Baldus in l. qui filiabus. §. si vni. nu. 2. de legat. 1. & Iaso. in l. cum filiofami lias. numero. 68. de leg. 1. tradiderunt. Remanet ergo illud certum conditione taci ta sicut expressa nostram regulam excludi, vnde alij in priuatis scriptis latebras quærentes, vt quam non possunt deuorare difficultatem, saltim fugiant intelligunt Paul. in dict. l. si optio. nō ad rei veritatem ad quam in dicta. l. 2. sed ad corticem verborū animum appulisse, secundùm quā legatum seruo relictum erat purum, ac per consequens erat nostræ regulæ subiectum, sed falluntur sanè cum ea consideratio à verbis Pauli est omnino aliena & extranea, vnde omissis ijs quæ dixit Onziacus d. l. 1. c. 14. Aduerto cū Conna. l. 10. c. 5. nu. 13. in d. l. 2. fuisse conditionē, ac per consequens dispositionem non fuisse Catoni subiectam. at in dict. l. si optio. nulla fuit conditio expressa aut tacita, nam suus & necessarius, statim à morte testatoris est hæres nulla aditione expectata, & cū post aditionem optio sequi debeat, sumus in casu, quo tota familia erat hæredis, & sic legatum seruo relictum, tanquā seruo hæredis erat inutile, ac per consequens non poterat reconualescere nostra regula reclamante, ad quam Paul. distinctionem animum appellens Iulianus in l. quæsitum. 93. §. 1. de legat. 1. Respōdet,
24 quod si apponatur conditio seruo de dandis decem cui erat legatum relictum voluntario hæredi scripto valet legatū, quia ante aditionem impleri potest, Instituto vero necessario qui adire nō cōstringitur legatum vitiatur, quod propter nostram regulam non conualescit, cum enim dies mortis, & aditionis sit idem illud legatum datum videtur seruo proprio sine libertate, quòd non valet ex. l. seruis. C. de legat. quod etiam in pulchra quæstione adnotauit. I. C. in. l. Iulianus noster. 86. ff. de condi. & demon. vt egregiè considerat Onziacus dict. lib. 1. c. 14. in fine. nostram tamen regulam non spectare ad legata, quorū dies ab adita hæreditate cedit, dicitur in. l. 3. huius tit. in. l. quod in rerū. 24. §. 25
1. de leg. 1. ideoque Catoniana regula nō pertinet ad legatum libertatis, neque ad legatum vsusfructus, vel habitationis, in l. cū legato seruo in. l. si habitatio. in. l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quando dies legati cedit, quia quotiescunque legatum nō est transmissibile ad hæredes eius dies etiam hodie non cedet à morte testantis, cum ante cedere esset inutile ex eo quod non potest legatarius legatum in hæredē transmittere, vt notat Baldus per text. ibi. in. l. vnica. §. libertatibus. C. de caducis tollendis trad. Gauduntius in. l. reconiun cti. numero. 49. & 50. de legat. 3. Zasius in dict. §. si vsumfructum. nume. 4. Francis. Marcus decis. 30. nu. 2. & decis. 33. in prin. volu. 1. & decis. 490. in prin. & decis. 493. num. 2. vol. 2. Decius consil. 652. nume. 8. Menoch. consi. 105. num. 8. vol. 2. cui sententiæ non obstat tex. difficilis in. l. generaliter. §. si homini. ff. de fideicommissariis libertatibus, vbi in legato libertatis inspicitur tempus mortis: nam respondeo quod tempus mortis inspicitur, ad hoc vt legatum irreuocabiliter sumat effectum: non vero inspicitur, qua ad hoc vt dies cedat legati, iuxta text. sit intelligēdum. in. l. lege Flauia. ff. de manumiss. & in. l. si priuatus. §. 1. ff. qui & à quibus. non ignoro tamen, quòd si hæres fraudulenter sineret hæreditatem adire fructus pendentes, vel percepti ante aditam hæreditatē, debent vsufructuario remanere, quia ob fraudem dicimus cessisse diem legati, vt ex. l. si vsusfructuarius. ff. de vsufructu. deduxit doctissi. Francis. Marcus decis. 30. nu. 3. vol. 1. sed an decisio. d. l. 3. sicut habet locū in legato vsusfructus habeat locum in cæteris seruitutibꝰ realibꝰ quęstio est, in qua quęstio. in. d. l. vnica. §. libertatibus. C. de cad. toll. Accursius partē tenet affirmatiuā, cui non

non obscurè fauet Marcellus in.l.3. ff. de seruitute legata, contra quos est recepta traditio Bartol.in dict.§.libertatibus. & in dict.l.3.& in.l.2.quando dies legati cedit, neque tunc obstat text. in dicta. l. 3. nam respōdeo in eo duplex extitisse legatum, alterum principale fundi Titio & Mœuio datum, alterum accessorium viæ ad illum fundum soli Mœuio factū & istud ex natura sua validum semper fuit à principio per accidens enim ratione alterius legati illi prouenit inualiditas, nam si Titius simul etiam in fundi legato habet suam partem cum vterque sint legatarij in fundo pro indiuiso viæ seruitutis legatum corruit cum ipsa, non constituatur pro parte.l.seruitutes.4.ff.de seruitutibus.titul. generali. Titio vero repudiante seruitutis legatum valet quia Mœuius totum fundum habebit igitur nullitas præfati legati non prouenit ex Catonis regu-
26 la, sed ex dict.l.4. ac per consequens cessante impedimento reconualescit. Sed an Catonis regula loquens in legatis habeat locum in fideicommissis quæstio est. In qua pro parte affirmatiua facit, quod in fideicommissis, & si quo ad petitionem dies cedat ab adita hæreditate, qua ad transmissionem tamen ante aditam hæreditatem cedit, in. l. vnica. §. cum igitur.&.§.in nouissimo.C.de caducis tollendis, vbi expresso iure cauetur diem legatorum & fideicommissorum, quo ad transmissionem à morte testantis cedere. Contrariam tamen sententiam tenuit glossa in.l.3. huius tituli. & in. l. quidam ita.25.verbo,adeat. ff. ad Trebellianum.Socinus supra numero. 14. pro qua sententia expendo textum.in.l.cum filio.ff. de legatis.1. in.l.1. §.1. in.l. si deportati. de legatis.3.l.quidam ita.§. si seruo. l.cogi.§. si pater.ff.ad Trebellianum, quam sententiam tenendo, non obstat fundamentum supra adductum, si dicamus ex Iustiniani constitutione, diem legati & fideicommissi à morte testantis cedere fideicommissi tamen naturam à legato diuersam esse,& non semper de vno ad alterum sumendum argumentum infra probabo.

Regulam tamen nostram non habere 27
locum quando testator legatarij vitio prouidere nō potuit nonnulli cum Connan. lib. 10. c.5.& Alber.de statutis,quæst.45. num. 2. crediderunt interpretántes exinde.l.si cognatis. ff. de reb. dub. sed falluntur sanè, quia si eorū obseruatio vera esset legatum posthumo alieno relictum reconualesceret post eius natiuitatem in §.posthumo quoque. instit.de legat. & legatum rei affixè domui si contingeret ab ea separari in.l.cætera. §. 1. de legat. 1. neque aduersarijs fauet dict.l.si cognatis. cū in ea non de capacitate,sed de qualitate legatarij agatur. Nostra tamen regula non vindicat sibi locum in specie.l.conficiuntur.§.si ei.ff.de iure codicillo.quia ibi fuerunt codicilli testamento confirmati,alias enim non valeret legatum directum libertatis in.l.libertates directè. ff. de manum. testa. vt notat Goffredus in.l.si ei qui. nu. 38.ff.de iure codic. cuius obseruationem magni momenti iudico ad interpretationem text.in.l.si seruo.ff.de adim.leg.& in l.qui ex liberis.§.testamento. ff. de bono. poss. secundùm tab. neq; in specie. l. non quocunque. 84. §. si ex bonis. de legat. 1. quia ibi impedimentū licet suberat verè, nō tamē suberat legis fictione,facit elegās doctrina gl. in.l.sequitur. §.fructus. ff. de vsucap. ex qua obseruatione viri doctissimi solent interpretare tex.in.l.fin.ff. de castren.pecul. vbi legatum libertatis à patre relictum seruo castrensis peculij valet eo iure peculij bona occupante, quia cum filius iure suo non vtitur retro fingitur pater dominium eius habuisse. l. seruum filij.44.de lega.1. l.proponebatur. l.hæreditate. ff. de castrense peculio. nobis autem qui rem altius considerare contingit verius credimus præfatam libertatem valere ex eo quod peculium castrense iure sacro patriæ potestatis ad patrem pertinet, in.l.3.C.de bon.proscripto.non irreuocabiliter vt cætera acquisita per filium, sed reuocabiliter,idest,nisi militis extaret dispositio.l.proponebatur. ff.de castren.pe-

cul.

cul. l. fina. ff. ad Tertullia. & nos dicemus ideoque non stante testamentaria filij dispositione, testamentum de re castrensi factum à patre quod viuo filio erat reuocabile, irreuocabile reditur, sicut tacita voluntas fauens cognatis viuo homine reuocabilis, in. l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum eo mortuo irreuocabilis reditur, & succedunt venientes ab intestato in titulo de hæred. quæ ab intesta. quid autem in praxi seruandum sit circa hanc regulam, dicam infra in. 2. parte.

SECVNDA PARS OTII Quadrimestris ad legis Iuliæ & Papiæ, & caducorum interpretationem.

1 *Istoria & orig. legis Iuliæ, & Papiæ.*
2 *Vicesimæ vestigiũ hodie extat penes Anglos & Turcas.*
3 *Princeps quibus. ll. erat solutus, & quibus non.*
4 *L. filiusfam. §. diui. 2. de leg. 1. acurata interpretatio.*
5 *Interpretatur. l. funeris. 37. ff. de relig. & sump. & ibi de impensis funeris nonnulla notantur.*
6 *L. 2. C. de transact. intell.*
7 *L. 143. ff. de verb. signifi. intell.*
8 *L. aufidius. ff. de priuileg. cred. intell.*
9 *Suus nunquam vicesimam soluebat.*
10 *Cœlebis & orbi vera ethymologia.*
11 *Locus Iuuenal Satyra. 9. explicatur.*
12 *L. Et fideicommissum. 85. de lega. 3. intell. & num. 46. & num. 66.*
13 *L. quæ sub conditione. §. in fideicommissis. ff. de cond. inst. intell.*
14 *L. 1. de leg. 1. intell.*
15 *L. Titia. 85. ff. ad. l. falcid. intel. & nu. 38.*
16 *L. hæreditatis. 138. ff. de verb. signifi. intel.*
17 *L. illud. 37. ff. de don. causa mor. intell.*
18 *L. 29. de leg. 1. nouus. intell.*
19 *L. sub conditione. 73. ff. de hære. inst. intel.*
20 *L. licet. 23. ff. de vsufruct. leg. nou. intell.*
21 *L. Labeo. 6. ff. de gradib. conciliatur cum l. si qua. §. 1. ff. de rip. nup.*
22 *L. si is qui. ff. de vulg. acurata interpretatio, & in ibi de interpretatione. l. qui duos. §. cum in bello. & §. fin. ff. de reb. dub.*
23 *L. si in testamento. 64. ff. ad. l. falci. intel.*
24 *Plures. ll. in orbo intelligendæ aßignãtur.*
25 *Correcta. l. Papia. quantumcunque quis senex sit potest nuptias contrahere.*
26 *Principiũ inst. de Tertulliano explicatur.*
27 *Virgines Vestales nõ ligabantur. l. Papia. & quare.*
28 *L. si is qui duos. ff. de libera leg. & l. non puto. ff. de iure fisci. intell.*
29 *L. Papia iura patronorũ adaucta sunt.*
30 *Quare autem antiquitus extantibus liberis ex primo matrimonio dodrans tantum in dotem dari poterat.*
31 *De iudicio sortis & de lege Popilia nonnulla adducuntur.*
32 *Annus antiquus Rom. erat decẽmestris.*
33 *Quare peregrini à Roma exterminabãtur.*
34 *Nonnulla capita. l. Iuliæ. de maritandis ordinibus continentur in. l. Papia.*
35 *Ex. l. Papia ante apertas hæreditas adiri non poterat, & inibi. l. cretionum. C. de iure delib. & l. pupillus si fari. ff. de acquir. hæred. interpretantur acuratè.*
36 *Existentia sui hæredis in quo ab acquisitione legati differat.*
37 *L. Papia, sicut in suo non habebat locum in necessario.*
38 *Edictũ D. Adriani interpretatur, & Tribonianus in. l. filiã. ff. ad Trebel. defenditur.*
39 *L. optione. 16. ff. de optione lega. intell.*
40 *L. si Augustæ. de leg. 2. acuratè contra cõmunem interpretatur.*
41 *L. Mortuo boue. de leg. 2. intell.*
42 *L. seruum filij. §. si pocula. de leg. 1. l. lana. 88. de leg. 3. intell.*
43 *L. si cui lana. in prin. de leg. 3. l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & argen. intell.*

44 *A morte testantis dies legati cedit quo ad transmissionē non tamen ante aditam hæreditatem peti potest, & ibi nonnulla de transmißione.*

45 *Facinus Triboniani detegitur, & l. Sempronius. ff. de vsufruct. leg. explicatur.*

46 *Quando dominium rei legatæ transeat in legatarium & ibi plures. ll. quæ inter se dissentire videntur interpretantur.*

46 *L. fin. §. si vero. C. de codicill. intell.*

47 *Quare in consil. Galli, & dispositione. l. Velleiæ testamentum non fuit irritum, & hæreditas caduca.*

48 *L. Celsus in princ. de leg. 2. intell.*

49 *L. Iulianus. 60. de leg. 2. intell.*

50 *Dicta. l. Celsus. §. quod alicuius. l. 1. C. vnde vir & vxor. intell.*

51 *Quare Celsus nunquam obligabit substitutum soluere legata ab instituto relicta.*

52 *L. is autem. ff. de iure patro. intell.*

53 *Substitutio vulgaris quare sic appelletur.*

54 *In quo differat ab incapaci indignus.*

55 *An iure accrescendi. l. Papia excludatur.*

56 *L. penul. ff. de his quæ pro non scrip. hab. intell.*

57 *L. si homo. 69. ff. de verb. l. vt pomum. 8. ff. de serui. rir. gen. l. 1. ff. de vsufr. leg. int.*

58 *Defenditur nota Claudij in. l. vxorem. 39. §. Sceuola. de leg. 3.*

59 *Nullo posthumo secundum iuris reg. aliquid relinqui potest, & quare ab hac regula excepti fuerunt posthumi liberi.*

60 *L. eius seruum. 64. ff. de hæred. inst. acurata interpretatio.*

61 *L. liber homo. 59. §. Titius in fin. ff. de hæred. instit. intell.*

62 *Mandatum collatum post mortem extinguitur morte, & inibi de intell. l. si vero nō remunerandi. §. fin. ff. mandati.*

63 *Accidens de sua natura debet esse aptum inhærere subiecto, nō tamen est de intrinseca ratione ipsius quod inhæreat subiecto.*

64 *Legatum relictum latino Iuniano peregrino deportato habetur pro non scripto, & inibi de intellect. l. 1. C. de hæred. instit. l. si cognatis. ff. de rebus dub. & c. 2. legis falcidiæ.*

65 *L. Si deportati. de leg. 3. exacta interpretatio.*

67 *L. si quis quos. de leg. 3. intell.*

68 *L. si quis seruum. 7. §. si inter duos. de legat. 2. intell.*

69 *L. 3. §. si quis duobus. ff. de adim. leg. int.*

70 *L. seruis. C. de lega. intell.*

71 *L. 11. ff. de captiu. intell.*

72 *L. quidam testamento. ff. de vulga. intell.*

73 *Quando legata ab instituto relicta censeantur à substituto repetita exactè interpretatur.*



NNO vrbis 758. Marco AEmilio Lepido, & Lucio Aruncio Consulibus Augustum Cæsarē, vt multitudini exercituum, & Erario bellis ciuilibus & Saxonum qui Germanis tunc vehementer instabant exhausto commodè succurreret vicesimam partem cuiuslibet hæreditatis, aut legati non proximo genere iuncto, aut pauperi relicti fisco adiudicasse, Dion Cassius. lib. 55. retulit, quæ cū fisci oneribus nō sufficeret in locum Sulpicij & Sabini, substitutis Cōsulibus Marco Papio Mutilo, & Q. Popeo secundo. Idem Augustus legem tulit quam Iuliam appellauit, nōn à suo antiquo nomine, vt voluit Rossinus lib. 8. antiquitatum Romanarum. c. 16. neque quia ex Iulij Cæsaris præcepta lata dicebatur, vt putauit Alciatus lib. 3. dispunctionum. c. 6. sed quia vt ait Antonius August. in lib. 3. emendationum. c. 8. lex Iulia de maritandis ordinibus in ea continebatur à Cōsulum autem nominibus Papia, Popea dicta est in c. quædam. 2. distinctio. secundùm eius veram literam quam ante exemplar Romanum restituit. Couarr. in. 4. 2. par. c. 8. in prin. num. 3. quæ lex cum plura capita contineret, ex quibus relicta à testatore fisco acquirebātur, adeo Romanis odiosa fuit vt dicerent se quodvis aliud tributū, potiusquā legem Papiam passuros, anno vrbis 766. Augustus vt populo placeret in agros domos ac personas pensionem 1

tran-

transtulit, ac statim non ostenso quantũ aut quomodo cuilibet pendendum foret aliosalio diuisit qui priuatorũ ac ciuitatũ facultates describerent, vt cum singuli maiorem iacturam vererētur vellent potius antiqua onera quam censum soluere, vt ex Dione lib. 56. refert Petrus Grego. lib. 3. syntagmaton. c. 12. nu. 6. aduertens huius edicti stare mentionem in Lucæ. 2. Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. superiorum tamen industria lex Papia per omne Augusti imperium in vsu fuit. Tiberio tamen imperante sublatam vt Cornelius Tacitus lib. 1. Annalium, & Bertranius in annotationibus ad ipsum retulerunt, renouatam tamē per Adrianum in Panegirico ad Traianum Plinius affirmat: statuit enim Adrianus intra tres aut quinque dies aperiri testamentum, ne aliqua dilatio aut mora fieret in soluendo vicesimam fisco, vt refertur in. l. fin. C. de edict. D. Adria. tollen. in lib. 4. sententiarum. Paul. tit. 6. versi. fin. & ne mora fieret statuit Adrianus à sua constitutione appellari non licere, vt refertur in. l. fi. ff. de appellationibus recipiē dis. Adrianum tamen sequutum fuisse Marcum Anton. Philosophum in eius vita testatur Capitolinus cui an fidem adhibeam anceps, & dubius sum videns Eutropium in Breuiario historię Romanæ, lib. 8. fol. 117. Egnatiũ in epitome Sexti Aurelij in vita Antonini de eo dicere, ꝙ cũ ærario exhausto largitiones quas militibus impenderet non haberet neque indicere prouincialibus aut senatui aliquid vellet instrumentum Regij cultus facta in foro Traiani sectione distraxit vasa aurea, pocula chrystallina, & murrhina vxoriã, ac suam sericam & auream vestem, multa ornamenta gemmarum, ac per duos continuos menses venditio habita est, an autem fuerit in vsu imperante Commodo, nō explicant historiographi licet credã ex eius conditione seruatam fuisse, ex qua credo vicesimam eiecisse Pertinacem, quis vt refert Aymarius lib. 4. histor. iur. ciui. nu. 19. fiscũ aliquando ab hæreditatibus remouebat eam tamen renouasse Iulianum, Basianum, Macrinum, Antoninum Heliogabalum, ex eorum conditionibus colligo, & ex eo quod affirmāt Cœlius Rhodiginus lib. 26. lectio anti. c. 14. & Corrasius in. l. 2. §. ex his auditoribus. nu. 11. ff. de origine iur. eam Gratiano imperante anno Christi. 388. sublatã fuisse, quibus licet accedam in eo quo dicunt vicesimam post eum annum non cœpisse fiscum: in eo tamen quo asserunt imperiali constitutione sublatam fuisse, non acquiesco videns Imperatores auaritia plenos, vtpotè tyrannos non facile vicesimam remissuros, sed verius censeo cum Menochio de adipisc. rem. 4. nu. 12. ante Iustinianum. l. Iuliam. de vicesima tacito consensu, & desuetudine populi obliteratã fuisse quē vt captaret Iustinianus vicesimam substulit in. l. vn. C. de cad. toll. & edictum D. Adriani occasione vicesimæ factũ in. l. fin. C. de edicto D. Adriani. hodie tamen huius legis nonnullum extat vestigium penes Turcas nam eorum Imperator nō 2
à Turcis sed ab alienigenis in vita accipit operum decimam, vt Calchondilas affirmat lib. 8. de reb⁹ Turcicis ad fin. cuius loco à Turcis accipit decimam partem bonorum defuncti ad exercituum alimenta cõstituto ad æstimationem bonorum faciendam magistratu, quem ipsi secundũ Petr. Greg. d. c. 12. nu. 7. Petaluogium appellant, & penes Anglos vt refert Roman. in Republica de Inglaterra col. 6. per annum à morte testantis Rex lucratur frunctus rerum hæreditariarum, ex qua historiæ cognitione soleo primo interpretari
tex. in. l. princeps. ll. 31. ff. de legibus. ne aduersetur legi digna vox. C. de legibus. aduertens quòd princeps regulariter est. ll. 3
subiectus. l. ex imperfecto. de legat. 3. l. digna vox. C. de legibus. l. ex imperfecto. C. de testam. l. cum hæres. versi. ius causæ. cũ cæteris, habetur imperator. C. qui testamenta facere possunt, nam licet princeps nō teneatur vi legis coactiua, nam habito ad ipsam respectu possumus dicere illud Iuliæ ad Caracalam priuignum suum si

liber licet an nescis te Imperatorem esse, & ll. dare & non accipere, tenetur tamē vi legis directiua, vt post D. Tho. 2. 2. quæst. 96. art. 5. dixit, Anastasius Germonius lib. 1. animaduersionum. c. 1. quidquid adhuc iniustè reclamet Mendoza de pactis. lib. 1. cap. 5. nu. 28. nam vt ait Ausonius in Pitaci sententijs, pareto legi quisquis legem sanxeris, Apollonius enim Vespasianum Romanum imperium affectātem admonuisse, vt legi obediret eamque sibi dominari sineret, vtque caueret ne quodcunq; vellet sibi licere crederet, refert Philostratus de vita Apollonij lib. 5. c. 13. Traianus etiam ensem strictum præfecto vrbis in cōspectu omnium tradens dixit, cape ferrum hoc & siquidem rectè imperiū gessero pro me, sin aliter contra me hoc vtere: refert Nicephorus lib. 3. histor. Ecclesiasticæ. c. 23. Traianus etiam ipse à consulatu abiturus se nihil contra ll. fecisse iureiurando affirmauit, vt in Panegirico ad Traianū, Plinius affirmat. Seleucus enim ne legem infringeret gladio se interfecit, vt refert Conrasius lib. 2. Miscellanearū. c. 25. Principis etiam voluntatem, secundū ll. metiendā dixit Rex Theodoricus apud Casiodorum lib. 1. Miscellanearum. epist. 12. quòd de legitimo Hebræorum Rege extat dictum in Deuteronom. cap. 17. de tyranno enim dictum est, secundùm voluntatem propriam, non secundum leges regnaturum, vt refertur in lib. 1. Regum. cap. 8. si credimus ibidem Burgensi col. 2. Angelomo. colum. 3. Abulensi quæst. 70. Driedono de libertate Christiana libro. 2. cap. 5. col. 3. Francisco Ribera super Oseas Prophetam. cap. 1. numer. 114. facit text. in cap. si tributum. iuncta gloss. fina. vbi Archidiaconus & Turrecremata tradiderunt. 11. quæst. 1. antiquitus enim princeps tenebatur. l. Glicia. in. l. Papinianus. 8. §. si Imperator. ff. de inofficioso testam. l. Falcidia in. l. 4. C. ad. l. Falcidiam. Iulius Cæsar à senatu impetrauit se solui ea lege quę consulem absentem creari vetabat, vt refert Apianus lib. 2. bellorum ciuilium. veniam etiam legis Voconiæ à senatu Augustus petijt, vt posset Liuiam vxorem ex triente hæredem instituere, cū supra quadrātem ex dict. l. minus liceret, vt ex Dione refert Anast. supra: erat tamen princeps expresè aliquibus legibus solutus, vt refertur in Vespasiani lege Regia relata ab Anton. August. in lib. de legibus. c. 18. nā princeps non tenebatur. l. 12. tabul. vetāte mortuum in vrbe sepeliri, vt docent Rebar. ad. ll. 12. tab. c. 15. Rosinus. lib. 8. antiq. c. 6. neque comprehendebatur lege Romanorum dictante hostem interfici, nam Rex in bello captus interfici non poterat, vt refert Tapia Aldana de triplici bon. libro. 1. fol. 10. col. 2. neque tenebatur legibus caducarijs, neque ab extraneo institutus vicesimam ex. l. Iulia fisco debitam soluebat, vt docet Cuiac. lib. 15. obser. c. 30. aduertens ad has leges. dict. l. princeps. referendam cum ex Iulio Paulo. lib. 13. ad. l. Iuliam & Papiam desumpta sit.

4 Secundò interpretor. l. filiusfam. 117. §. Diui. 2. versic. *neque creditoribus, neque fisco fraudem fieri*: de legat. 1. vt non intelligatur in bonorum confiscatione propter delictum possessoris facieda, vt nonnulli putarunt, quibus abundè satisfaciemus in nostro tract. de hæreticis. cap. 8. neque intelligatur in vicesima rerum venditarum, vt putauit Rebardus. l. 3. vario. cap. 16. cū secundùm Bertach. de Gabell. par. 5. princi. num. 7. Tiraq. de vtroque retract. titu. 1. §. 1. gloss. 2. numer. 7. Gomez Arias in. l. 5. Tauri num. 14. Lassarte de decima venditionis. c. 14. nume. 1. Gutierrez. l. 1. practic. quæst. q. 129. numer. 2. ex contractu nullo fisco debeatur gabella, ac per consequens eam ex venditione nulla hæres debere non poterat, & quia si ex venditione nulla fiscus detraheret temporum successione diminuerentur bona ad illustrandā familiam vinculata posset quæ possessor primogenij venditionibus nullis locupletato fisco sequentem in gradu à successione quodammodo remouere: quod maximè esset absurdum, sed intelligatur cum Cuia. obserua. l. 5. c. 16. & l. 9. c. 24. in vicesima nostra vt sensus sit sicut prohibitio testatoris

ſtatoris non eſt fraudi creditoribus, quò minus pignora diſtrahant, ita fiſco nō eſt fraus quominus viceſimam ex.l.noſtra diſtrahat, neque tunc obſtat in noſtra viceſima nihil intereſſe fiſci an poſsit res legata alienari, nam reſpondeo maximè intereſſe, quia ſi res non poſsit omnino alienari, non poterit in fiſcum transferri viceſima, quæ non tantum ex hæreditate, ſed etiam ex legatis deducebatur, vt ait Dio lib. 55. τὴν εἰκοστὴν τῶν τε κληρῶν καὶ τῶν δωρεῶν ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι πλουτῶν πάνυ συγγενῶν ἢ καὶ πενητῶν καταλείπωσι κατεστήσατο, ob idquē Macer ad.l.viceſimam tractauit de æſtimatione legatorum in.l.computationi.ff. ad.l. Falcidiam. in qua quod is de viceſima ſcripſerat Tribonianus male tranſtulit ad Falcidiam.

5 Tertiò exinde interpretor.l.funeris.37. ff.de religio.& ſumptibus. aduertēs quod licet ſumptus in funere facti plures ſint, vt ſi quis adhibuit acerram coronam & tunicam Iouis, vt cadaueri indueret tibicinē qui næniam aut Ialemon funebre recenſeret coctum & odoramenta ad combuſtionem flores, herbas, & aquas odoriferas ad conſpergendum feretrum mulieres ad plangendum defunctum cupreſſum ante domum defuncti ponendum lectos funeri inſtratos gymnica certamina ſilizernium, & alia plura quæ ſigillatim retulerunt Cœlius Rhodiginus.lib.9.lectio.antiq.cap.4. Aul.Gel.lib.4.noct.Atti.cap.9. Alexan.ab Alex.lib.3. dierum genia. c.7. vbi plura cumulat Tiraquel. Rebard. ad ll.12.tabul.c.15.Briſoni.lib.2.antiq.cap.15. Roſin.lib.5.Roman.antiq.cap.39.quę tot & tanta erant, vt cum tantum ſumptum propria bonorum facultas non pateretur à fiſco aliquando, atque à plebe collatis nūmis funera decorata fuerint, vt in Valerij Publij Agrippæ meuenij. Quinti Fabij Maximi funeribus videre licet: actio tamē funeraria quæ ob religionis fauorem omnibus præfertur creditoribus etiam habentibus expreſſam hypothecā, in.l.nec ære alieno.26.adiūcta.l.Celſus. 22. l.at ſi quis. 24.§.funeris.&.§.impenſa.l.impenſa.45. ff.de religio.& ſump.fun.l.12.ti.13.par.5. defendunt tanquam veriorem Gomez in l.30.Tau.nu.2.Roland.conſi.14. num.24. lib.1.Ioan.Garcia de expenſis. c. 8. nu. 19. & 23.Cabalin.2.par.milleloq.c.677.Monticulus in.§.fuerat.nu.202. Inſtit.de actio. Matienço in.l.fin.gloſſ.vlt.num.2.tit.6.& in.l.7.glo.5.nu.2.tit.16. lib.5.no.comp. & & cum infinitis reſoluunt Caualcanus de tutore.c.9.& de vſufructu mulieri relicto num.95.& 218.iniuſtè adhuc reclamantibus Fano de pignor. par. 5. memb. 2. nu. 28. Petro Vanderano in prolegomenon de priuilegijs creditorum.c.3.col.6.Connan. lib.4.c.17.nu.5.debet moderata eſſe habita ratione perſonæ & facultatū defuncti, in.l.ſi quis.12.verſic.ſumptus funeris.l. at ſi quis. 14.§.hæc actio. ff. de religio. & ſump.l.ſeruo alieno.§.fina.verſic.ineptas. de leg.1.l.1.§.fin.coniuncta.l.ſeq. ff. ad.l. Falcid.l.12.ibi, *ſean hechas meſuradamente.* tit.13.par.1.vbi Greg.adnotauit, & probat Gama.diſt.Portug.318.nu.2. ex.l.Papinianus.§.quarta autem.ff.de inoffi.teſt. deducens impenſam funeris neceſſariam, non vero ſuperfluam legitimā minuere quo ad actionem tamen legis Iuliæ de viceſima, vt fiſcus actione funeraria excludatur negotium plus quam in.d.§. impenſa reſtringitur à Macro.(cuius in dict.l.funeris fragmentum extat) dicente ante viceſimā deducendum eſſe, quod erogatum eſt, in vnguentis, quia illa erogatio erat apprimè neceſſaria, non enim quis ſine aromatibus ſepeliebatur.Ioan.19.probant Alexan. ab Alexan.d.c.7. Bacherius in Apologetico pro defunctis.c.5.in emptione loci, vbi ſepeliatur defunctus: religioſum enim eſſe Romani putarūt homines pauperes ſepeliri, vt cadauera parenti ſuo, ideſt, terræ reſtituantur, vt dixit Menander apud Stobæum to.2.ſententia.ſermone.124. in veſtiaria ſecundum literam communem ſequutam à Cuia. lib.5. obſeruat. 40. quod verum apud nos ſignificare *mortaja, cubierta de ataud*, tradiderunt poſt Accurſi. in dict.§.fundus. verbo vetem. Couar. in cap.Raynaldus.§.3.nume.2. Ioan.Garcia

dict.c.8.nu.107. vel in vectigalia secundũ lecturam Pandectæ Florentinæ, secundũ quam docet Macer fiscali vicesima impe diri non posse in os defuncti imponi trien tem, quem tanquam naulum veteres in mortui dentibus ponebant, vt Charonti porrigeret pro Stygiæ paludis transmissio ne vti referunt Aristophanes in Physices fabula, Lucianus in Charonte, & in lib. de Luctu Apuleius, libro.6. de Asino aureo,
5 Diodor. Sicul. lib. 2. Biblioth. in fin. Nec dissentit Iuuen. Satyra.3. nec habet quem porrigat ore trientẽ, vel sarcophagi quod verbũ licet imp. significare sepulchrum credunt Othomanus, & Prateius de verbis iuris, verbo sarcophagus moti ex. l. libertis.18.§.fin. ff. de alim. leg. falluntur sanè, quia iam Macer de sepulchro mentio nẽ fecerat, vnde verius credo hoc verbũ Græcum esse, & propriè significare carniuorum seu carnium esorem, vel cõmessorem Plutarchus in quæstionibus Romanis *δικαιότατον ειναι τον γιπα τῶν ςαρκφάγων ἀπαϊλων* hinc Aristoteles & Atheneus varia animalia vocant *ςαρκοφαγα* substantiuè autem ponitur pro sepulchro in dicto. §. fin. & apud Iuuen. lib. 4. Satyra. 10. sarcophago contentus erit translatitiè autẽ supponit pro lapide quodam asio pomici simili qui corpora defunctorum intra.40. dies comedit, vt ait D. Isidor. lib. 16. etymolog. cap. 4. & probat Henricus Stephanus in thesauro linguæ Græcæ tom. 3. folio.743. adducens inde *ςαρκοφαγια,ας*, carnis seu carnium esus, & libelli Plutarchi *περι ςαρκοφαγιας*, quem lapidem plurimum cõmendant Dioscor. libro. 5. capite. 95. vbi Laguna Plin. lib. 36. c. 19. Galenus de simplici medicamentorum facultate. lib. 9. folio. 67. litera. H. in sexta editione, quasi diceret Macer fiscus respectu vicesimæ creditor est, ergo excludetur actione funeraria nõ simpliciter, sed his tantũ impẽsis necessarijs quæ supra dixit doc. Baldui. ad. ll. de iure ciui. c. de lege Iulia. pag. 181. & 182.

6 Quartò exinde interpretor. l. 2. C. de transact. vt in ea secundùm Cuia. lib. 5. obseru. cap. 24. frater cum sorore, ita transegerit, vt hæreditas apud eum remaneret, & sorori daret certã pecuniam, si ex ea causa soluerit vicesimam fisco, quasi hæreditatis iã indubitatus possessor repetere nõ potest si nõ soluerit pro ea conueniri potest.

Quintò exinde nouè interpretor Vl- 7
pia. lib. 9. ad. l. Iuliã & Papiam relatũ in. l. 143. ff. de verbor. signific. dicentẽ, *id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem habetur enim quod peti potest*, vt eius sensus sit, licet regulariter quis non dicatur habere rem ad quam habet actionem. l. forma. §. si eum. ff. de censibus. l. minus. ff. de diuer. reg. l. quod debetur. ff. de pecul. cum exercitatio iudicij nonnullas habeat moras, & probatio dominij perdifficilis sit, & obscuris vtriusque iuribus contra petitorẽ iudicari soleat in. §. commodum. Instit. de interd. quoad deductionem tamen vicesimę, idem est habere bona, vel habere potestatem habendi ne alias bonis nõ petitis fisco fraus fiat, vt ad nostræ. l. interprẽtationem obseruauit Terentius Clemens in. l. 151. ff. de verbor. signific. dicens, *delata hæreditas intelligitur quam quis potest adeundo consequi*, plerunque enim. ll. vt fraudibus obuiaretur vindicandi potestatem rem esse dixerunt, vt circa legis Atiniæ interpretationem dixerunt Sabinus & Casiius in. l. potestatis. ff. de verbor. signific. & circa edictum dixit Vlpia. in. l. si quis vi. 17. ff. de acquir. possess. & repudiantem vel negligenter petentẽ ius quæsitum alienare, in. l. magis puto. 6. §. fundũ. ff. de reb. eorum. in. l. fin. ff. de vsuf. leg.

Sextò exinde interpretor. l. aufidius. ff. 8
de priuil. cred. vt omissa interpretatione Petri Vanderani in prolegomenõ de priuil. cred. c. 13. eius sensus sit quod venditis bonis seu ęstimatis ad soluendũ vicesimã fisco nõ fiat consideratio statuæ defuncti, quia propriè nõ est eius, sed ad publicum expectat. l. statuas. ff. de acquir. rerũ. hodie enim si statua ponatur in ecclesia ea non æstimatur quoad hoc, vt Episcopus suam quartam inde deducat, docet Petrus de Vuald. de canonica episcopi. c. 7. nu. 63.

Lex tamen Iulia ex hæreditate sua hæ 9
redi

redi relicta noluit vicesimam detrahere, quia suus nō profert verba cretionis, neq; bona paterna capit tanquam hæreditaria sed tanquā propria vt.l.in suis.ff.de libe.& posth.notat Balduin.supra,& probat Forcatul.in Necyom.dialog.22.quorū viuente patre cōsiderabatur particeps,vt ex Terentio obseruat Con. lib.10.c.2. nu.1.ideoque si hodie ex hæreditatis successione deberetur gabella eam non soluisset suus hæres,vtpotè decreto generali non comprehensus docet Greg.glo.4.in.l.21.tit.3.par. 6.Gomez.1.to.c.9.nu.18.Tiraq.in.l.si vnquā in præfat.nu.19. Traianū tamen priuilegiū filio suo à lege Iulia concessum ad emācipatū extensisse firmat Baldui.supra.

De cœlibe & orbo nonnulla in præsenti dicturus præmittēdū duxi quod homo qui nullas cōtraxit nuptias, authore Conna.lib.8.ca.1.nu.4. cœlebs appellabatur à
10 Cœlo patre Saturni qui post abscissa à filio genitalia ὁρίζων hoc est finitor & terminus naturæ cœpit appellari, vt obseruat Girald.de dijs gentiū syntagm.4.in princ. qui vero nuptias cōtraxit sed ex matrimonio filios nō suscepit dicitur orbus à Cicerone relato à Nizolio, & Calepino verbo orbus, Quintil.li.5.c.10.Columela li.7.c. 4.quasi lumine priuatus,vt dixit Isido.lib. 9.ethym.in cuius cōfirmationē expendo dictionē Græcā ὀρ significare idem quod sine sicq; ὀρφανοὶ dicebātur filij patre carētes, & Hebræam אדר significare herbas illuminantes oculos. 2.Regū.4. notat Sanctes Pagninus in thesauro linguæ sanctæ, verbo אדר exponens illud Iesah, 26.19. טל'אורת vnde Hebræi appellant filium in Psalm.4. אדר פָּנֶיה lumen facierum, qui ergo lumine filiorū priuatus est si ad Hebræam & Græcā linguā animum appellamus merito orbū dicemus. Quo supposito aduerto cū Dion.Cassio lib.56. quod cū Augusti tempore tāta bellis ciuilibus inopia ciuiū esset, vt Cōsules ipsi Papius & Popeus cœlibes & orbi fuerint nō inuentis maritis aut patribus idoneis qui cis anteponerentur,vt ciues qui supererāt nō solum amore filiorū, sed etiam metu pœnarū liberis procreandis, & ampliādo ciuibus imponendo operā darent illis qui cœlibes aut orbi erant pœnas lex Papia proposuit statuens, vt qui legitimā ætatē habēs,idest.25.annorū maritus nō esset nihil ex alterius testamento caperet, nisi intra centesimū diem cretionis legi paruisset,idest nuptias fecisset si autem nuptijs cōtractis pater nō esset ex vxoris testamēto matrimonij nomine decimam & propter filios superstites alterius matrimonij totidem decimas tantū caperet, docet Sozomen.lib.1.hist.tripar.c.10.Duare.lib.1. disput.c.40.Conna.sup.num.7.Couar.in 4.2.parte.c.8.in prin.num.5. interpretan- 11
tes exinde illud Iuuen.Satyra.9.

Iam pater es, dedimus quod famæ opponere possis.
Iura parentis habes propter me scriberis hæres,
Legatum omne capis: nec non & dulce caducum
Commoda præterea iunguntur multa caducis
Si numerum, si tres impleuero iusta doloris
Næuole causa tui.

Hanc tamen legem moderasse Tiberium Cæsarem,refert Cornel. Tacitus lib. 3. & substulisse Seuerū firmat Tertull. in apolog.c.4.quæ postea iterū orta fuit sublata tamē in religiosorū fauorē à Cōstantino, vt refert Sozom.d.lib.1.c.9.ex cuius capitis.1.par.loquente in legato cœlibi relicto interpretor tex.in.l.& fideicōmissum.85. de leg.3.vt nō æquiparet legatū fideicom- 12
misso,ne statim de mendacio arguā Iustinianū dicentē se eā æquiparationē fecisse in l.2.C.cōmunia.de leg.videns secundo Pauli tempore legitima & solennia verba fuisse legatorū à quarū formula in tantū testator ꝓhibebatur recedere, vt nō posset legatū Græcis verbis relinquere,posset autem fideicōmissum teste Vlpia.titu.25. quæ enim plus subtilitatis quā vtilitatis habent ea neglecta sunt in fideicōmissis ab his qui ea introduxerunt quanuis in legatis nihil immutare auderent propter legū autoritatē vti obseruat Duare.lib.2.disput. c.9.inter alia illud adducens quod licet legatum nō posset relinqui nisi ciui Romano & habenti cōmunionem eorum quæ sunt iuris ciuilis,in.l.1.C,de hæred. instit.

iuncto.§.legari. Instit.de legat.bene tamē poterat relinqui fideicōmissum,in.l.si deportati seruo. de leg.3. docet Vlpia. supra cū vsus fideicōmissorum fuisset introductus gratia & fauore eorū qui ex alterius testamento capere non poterant,authore Iustin.in prin.Instit. de fideicom. hæred. vbi Theophilus exemplū apponit in peregrino latino & deportato,& regula Catoniana quę loquitur in legato non habet locū in fideicōmisso, vt nos supra diximus, legato tamen ęquiparatur fideicōmissum à Paulo lib.4. ad.l.Iuliam & Papiā relato in. d. l. & fideicōmissum.non simpliciter sed quoad nostram legem, vt sensus sit.l. Papia loquens in legato cœlibi relicto,ne eius autoritas eludatur in fraudem fisci ad fideicōmissum extendi debet, docet Bal-
13 duin.ad.l.Papiā.pag. 99. solere enim Iurisconsultos ne aliquod decretum loquēs in legatis reddatur elusorium eum ad fideicōmissa extendere, colligo ex. l. quæ sub conditione.8.§.in fideicōmissis. ff. de condit instit.vbi docet Vlpia. conditionē iurisiurandi decreto prætoris in legatis remissam ex eius extensione,& in fideicommissis remissam explicant Sarmien. lib.1. select.c.3.Forcatul.in Necyom. dialo.55. & 56.Herodius lib.3.decret.tit.5.& ex.l.1.
14 de leg.1.vbi Vlpian.l.67.ad edictum interpretans interdictum quorum legatorum, loquens in legatis,vt fraudibus furtis & rapinis obuiaretur eum ad fideicommissa extendit,notat Rebard.l.3. Varia.c.4.& in l. Titia.85.ff.ad.l.Falci.si credimus Castr.
15 nu.1.Alex.nu.3.ibi. Bart.in.l. in quartam. nu.1.ff.ad.l.Falcid.Vlpian. Trebellianicā appellat Falcidiam, quia S. C. Pegasianū legem Falcidiam porrexit ad fideicommissa à testatore relicta, sicut constitutio D.Pij ad fideicommissa ab intestato relicta & constitutio Seueri ad donationes causa mortis,docet Cuia.lib.8.obser.c.4.

16 Secundò interpretor tex. in.l.hæreditatis.138.ff.de verbor.signifi.vt eius axioma non generaliter accipiatur cū posthumus alienus emancipatus cognati, vt pote non cogniti à iure ciuili prohibeantur capere hęreditatem,& admittantur ad bonorum possessionem ex communi recepta à Costa in.§.posthumus.nu.19.Instit.de legat. sed secundū suprascriptionem referatur ad nostrā legem, vt sensus sit cœlebs qui mediante cretione vel gestione pro hærede non potest capere hæreditatē nō possit fiscum bonorum possessione excludere, docēt in locis supra citatis,Balduin. & Rebardus,Cuia.in Pandectas.lib.38.tit.3.motus I.C.Paul. regula.1.non ambigendū.§. vbicūque.ff. de bonor.poss. ex qua adnotauit Salomonius in.l.Gallus in prin.nu.2. quod incapax prohibitus succedere in hæreditate non potest accipere bonorū possessionem, ne iuris ciuilis prohibitio reddatur frustratoria si incapax prætoris remedio ad hæreditatē admitteretur, quod summè notandum censeo ad interpretationem.l.si quis posthumo. 6. versic. sed si ex ea. ff.de lib. & posthum.&.§.posthumus.Instit.de legat.vbi posthumi institutio nō valet de iure prętorio, quia posthumus non tantum erat inhabilis propter defectum personæ, sed erat incapax propter rationem ciuilem.

Tertio interpretor tex.in.l.illud. 37. ff. 17
de donat.caus.mor. vt quatenus æquiparat legatis donationes causa mortis, nō generaliter accipiamus,ne statim de mendacio arguamus Iustinia. in princ.Institu.de donatio.& in.l.fin. C.de donat.caus.mor. dicentem se de nouo eam æquiparationē induxisse, sed eum intelligamus secundū suprascriptionem quæ in bene emendatis Codicibus talis est. Vlpian.lib.15. ad legē Iuliam & Papiam,vt sensus sit cœlebs qui ex.l.Papia non potest capere legatum,nō poterit capere ex titulo donationis causa mortis,ne legi fraus fiat,vt sensit Paul. lib. 6.ad.l.Iuliam & Papiā, cuius fragmētum extat in.l.senatus.35.ff.de donat.cau.mor. nam prohibitus relinquere in testamēto parentibus vltra tertiā, ne legi fraus fiat & prohibitio reddatur elusoria prohibetur per donationē causa mortis, vt docet Castren.consi.438. lib.2. Lancelotus Gallia ad consuetudinem Alexan. verbo legare.

quæst.

quæst.7.nu.109.& dict. c. quanquam. de vsur.lib.6.loquens in testamento & legato ne reddatur elusoria, habet etiam locũ in donatione causa mortis, vt docet Couar.in rubr.de testam.3.par.nu.11.Lancelot.dict.quæst.7.num.24.

Quartò ex his quæ supra dixi parte. 1. interpretor tex.in.l.si is qui.12. ff. de vulg. l.si seruus.81.ff.de acquir.hæred. l.penult. ff.de reg. Caton. l. non intelligitur. 3. §. si quis.versic.quando. ff. de iure fisci. l. non oportet.52.de leg.2.vt in eis.ll. nõ habeatur sermo de incapaci, sed de cœlibe & orbo, qui licet capere sit prohibitus capax est.l.si quis.72.versic.potest institui. ff. de hæred.instit.l.cogi.13. §. hi qui solidũ. ff. ad Trebell.

18 Quintò exinde interpretor.l.29.de legat. 1. vbi Paulus quatuor terminos inde cusim collocauit, & quasi χιασμον fecit respõdente primo, tertio, & secundo, quarto, iuxta illud Cicero.3. in Catilin. vrbem & ciues integram incolumesque seruaui, & in effectu interpretans legem Papiam dixit, si neque modo, neque tempore legatum differatur inutile est legatum, non enim dixit legatum nullum, quia loquebatur de nostra lege quæ legatum validũ præsupponit, & quia semel inutile reclamante Catoniana reconualescere non poterat, sed dicit inutile, quia nullam vtilitatem afferret legatario si dies non dilataretur nostra lege scripta in dict.l.non oportet. cuius rei pulcherrimum extat exemplum in dict.l.si seruus eius. in quasi hora mortis consideretur hæreditatem quam seruus capit caperet fiscus.

19 Sextò exinde interpretor.l.73.ff.de hæred.instit.dicentem, *sub conditione hærede instituto si substituamus nisi eandem conditionem repetamus purè eum hæredem substituere intelligemus* nõ aduersari. l. vnicæ.§. pro secundo.&.§.ne autem. C. de caducis.vbi conditio transit cum ipsa hæreditate, vel legato ad substitutum, si reiecta cõmuni recepta à Castrensi in. l.licet imperator nu.3.de leg.1.Angel.& Salic.in. d.§. pro secundo.Socin.in.l.quæ conditio.nu. 18. ff.de condit. & demonst.distinguente & separante ab hæreditatibus legata, vt in legatis dicamus cõditionem repetitam in hæreditatibus vero nonne testamentum ex conditionis repetitione facilius subuertatur ex tex.celebri in.l.cum seruus. 18. ff. de condit.instit.l.cum pater.79.§. ab instituto.l.latinus.85.versic.fin.de leg.2.l.auia. 76.ff.de condi.& demon.l.fin.§.fin. ff. de doli mali exceptione, nã cũ substitutus sit subrogatus in locum instituti eũ omnibus suis qualitatibus subrogatum dicemus.l.si seruus.31.secundum verum intellectũ. ff. de statu liberis. facit regula text. in.l.si eũ. §.qui iniuriarum.ff.si quis cau. sed veniat intelligenda ex suprascriptione quæ bene in emendatis.C.talis est.Caius lib.13.ad.l. Iuliam & Papiam, vt in ea dicamus testatorem, vt fiscum excluderet cœlibem instituisse sub conditione, scilicet, legis Papiæ, si intra centum dies nuptias contraxisset: deinde in casu deficientis conditionis substituit, asserit Gaius conditionẽ nõ repetitam in persona substituti, quia cũ sit conditio respiciens personã instituti non potest dici in persona substituti repetita in.l.quæ conditio.39. ff. de condit. & demon. nam si institutor maioratus, primo vocato adijciat qualitatem masculinitatis, idest, quod eius descendentes masculi tantum succedant, secundum autem simpliciter vocauerit fœminæ descendentes ex secundo, non vero ex primo erunt capaces succesionis, quia in præfata qualitate masculinitatis tantum ad primum habuit respectum testator, non vero ad secundũ cum id non expresserit, ac per consequẽs purè censetur vocatus, ex dict.l.73. & ex l.vtrum. iuncta gloss. ff. de asignandis liber.& ex reg.legis qui fundum.ff.de contrahen.emptione. tradunt post alios Velazquez in.l.40. Tauri.gloss.9.nu.43. Decianus responso.42. num. 5.lib.2.Bursatus consil.1.nu.15.volum.1.Molina de Hispa. primogenijs lib.3.c.5.nu.56.Pelaez.2.parte maiora.quæst.6.nu.76.

Septimò reiecta literæ mutatione quã faciũt Cuia.lib.14.obser.c.17. Rober.li.1. 20

20 animaduer.c.5.interpretor.l.licet.23.ff.de vsufruct.lega. vt quatenus ait rescriptum Antonini cōcedens testatori legatū vsusfructus semel amissum repetere tantū locum habere cū in annos singulos relegaretur nō veniat generaliter accipienda cū verisimū sit legatū vsusfructus in singulos menses aut dies relegari posse, aut qualicunq; ratione amissum fuerit.l.1.§.fi.l.2.§.si nō mors.l.3.l.5.in prin. ff. quibus mo. vsus.ami.sed intelligatur ex nostro capite cū in omnibus bene emēdatis Codicibus ex Iunio Mauriciano. l.2. ad.l.Iuliā & Papiā desumpta sit, cuius decisionē volens Antoninus excludere statuit legatū vsusfructus sæpius relegari posse, quā constitutionē explicans Mauricianus ait, tunc solum à testante legem Papiā excludi cum in annos singulos relegaretur, nā tunc cū potius sit relictū legatum annuū fructuū quā legatum vsusfructus tātum desiderabitur in anni initio habilitas legatarij licet postea inhabilitas superueniat in. l. filiæ. 22.ff.de ann.leg.at cœlebs intra cētesimū diē habilis est licet post centesimū diē inhabilis reddatur, ex.l.Papia. merito ergo legatum annuū vsusfructus cœlebs poterit habere, nō obstante nostro cap. quam legem secundùm hunc intellectū nō extare fugitiuam à titulo de annuis legatis ex eo probo quod cū in.l.præcedenti Vlpianus.l.Papiā interpretaturus dixisset legatū annuum legato vsusfructus simile esse subdit statim quoad excludēdam legem Papiam legatum vsusfructus regulari secundū regulas annui legati, & sic anni initium tantū quoad legatarij conditionē inspiciendū quam Mauriciani sententiā expresse cōfirmat Vlpia.l.4.ad.l.Iul.& Pap. cuius fragmentū hodie extat in. l. cum in annos.23.ff.quādo dies lega.ced. neq; tūc obstat verbū capitis diminutionē, nam cū cap. minutus dicatur, qui mutat statum in deterius, vt docet Mauric.de in integ.rest. ca.262.nu.5.Cuia.in parati.ff.de capite minu.cœlebs post.100.dies cum mutet statū in deterius rectè dicetur capite minutus.

21 Octauò interpretor,l.Labeo.6.ff.de gradibus nō aduersari.l.si qua. §.1.ff.de rit. nuptia.cū ille qui sponsam accepit iam declarauit se nō habere animū permanendi in cœlibatu, &.l.sæpè.27.ff.de spon.dicētem sponsalia in quadrienniū differri nō posse non procedat simpliciter, in.l.2. C. de repud.in.l.2.C.de sponsal.sed ex eius inscriptione locū sibi tantū vendicet quoad eui tandā pœnam cœlibatus lege Papia impositam. ¶ Ex secunda autem parte huius 22 capitis reiecta cōmuni asserente, in. l.si is qui ex bonis.6.ff.de vulg. filiū naturalem fuisse substitutū ex eo quod talis attento iure Digestorū, neq; in parte poterat patri succedere, vt colligitur ex Auth.quibus mod. naturales effic.sui.in princ. & in. §. palàm.versic. & quomodo vetustas. & in §. discretis. col.7. & argutè aduersus omnes cōtendit Molinæus.3.lect.dolana.nu. 5. & 12. nouiores omnes intelligunt in ea lege fuisse orbū substitutum, qui licet ex nostro capite insolidū non poterat testāti succedere poterat tamē insolidum succedere pupillo, sed licet eis concedā eam. l. ad nostrū caput referendā, cū ex Terent. Clemen. lib.4.ad.l. Iul. & Pap. desumpta sit falsum tamē asserunt, dum supponunt orbū ex pupillari substitutione solidi capacem fuisse cum id nullibi expressum reperiatur, extetque potius contrariū circa l.Papiæ interpretationē ab Vlpia.responsum, in.l.quod cōditionis.36. ff. de donat. causa mort. & quia orbus respectu extranei solidū capere nō poterat, iuxta infra dicenda, quare ijs & alijs interpretationibus omisis præmittēdo cū Cuia.lib.9. obser. c.17.in specie ibi proposita fuisse matrem substitutā, vt veritatē explicem fingo casum, Titius habebat filiū impuberem, & vxorē cui omnia sua bona vel partem aliquam reliquit, eamq; pupillari substitutione ad bona filij vocauit Patre, & filio simul obeuntibus dubitabatur, an mater ad successionē proprij mariti & filij venire posit, & dubitationē faciebat quod illa tēpore successionis, & sic tēpore quod lex Papia cōsiderat qualitatem personæ. l. nō oportet.52.de leg.2.reperiebatur orba, ac per

per cõſequens nõ poterat in ſolidũ ſuccedere ex Tertylliano, quia tres liberos non habebat, iuxta infra dicenda, nec ex.l.Papia ne circuitu inuento.l.Papiam teſtator eludat contra dict.l.quod conditionis.ſed reſpõdet Teren.Clemens eã ex bonis mariti ampliusq; ei per.l.Papiã licebat capere nõ poteſt, ex bonis autẽ pupilli ſolidũ capere nõ poteſt, nõ explicãs rationẽ quã neceſſario addere debebat, ſcilicet, qđ lex Papia liberis & parentibus vſq; ad tertium gradũ ſuum imponere iugum erubuit in d.l.vnica.§. & cum.l.Papia cui interpretationi nõ obſtat primo dicere, quod ſi filius viuo patre moriatur, nihil eſt ꝙ ex ſecundis tabulis tractari poſsit, in.l.11. ff. de captiuis. ſed in præfato caſu pupillus filius deceſsit, ergo preſumitur ipſum deceſsiſſe viuo patre, in.l.qui duos.§.fin. ff. de rebus dub. quãad noſtrũ propoſitum cõſiderat Coſta.2.capit. parte, verbo teſtatore mortuo.nu.2. ſed reſpondeo eã Coſtæ deductionẽ falſam eſſe, vt cõſiderant Alciat.in l.1.nu.126.ff.de vulgari.Guillel.Bened.in c.Raynuntius, verbo ſi abſque liberis. 2. tract. de vulgari. nu.126. nã in duobus ſimul obeuntibus nõ alterũ prius, alterũ poſterius, ſed vtrunq; ſimul obijſſe dicendũ eſt in.l. quod de pariter. ff. de reb.dub. in l.ex facto.17.§.fin.ff.ad Trebel.& in eo caſu dubio matrem ad ſucceſsionẽ admittẽdam in.l.eũ qui.34. ff.ad Trebel. neq; tũc obſtat tex.in.d.§.fin. vbi coniecturam D. Adriani quã in.§.cũ in bello retulerat Triphonius docet admittendã ſolum in caſu quo filius iam pubes deceſsit, non vero quando impubes, quia filio puberi creditur pater (quia poteſt) pupillari facta ſubſtitutione proprios agnatos cõſanguineis filij antepoſuiſſe, & ſic ex ea cõiectura patris cõſanguinei ſuffulti accipiunt pupilli hæreditatẽ, nã hæredes mariti in caſu dubio ſuccedũt in dote, ne maritus à.l.ad ſucceſsionẽ vocatus veniat excludẽdus in.§. ſi maritus. d.l. qui duos. at in noſtro caſu mater habet expreſſam teſtantis voluntatẽ pro ſe, ac per cõſequens capit bona, non tanquã vocata, ſed tanquã nõ impedita teſtantis voluntate, vel.l.Papia. nam in ſimili in.§.ſi cum filio.dict.l.qui duos.patre & filio libertis ſimul obeuntibus dicitur patrono legitima delata hæreditas ob reuerentiã patronalẽ, & ne patronus à.l.vocatus in caſu dubio ſit excluſus, ita etiã in noſtro caſu dicemus patre & filio ſimul obeuntibus matrẽ admittẽdã. Minus obſtat quod in. d. l.ſi is qui. homo non fœmina fuit in ſubſtitutione poſitus: nã reſpondeo conſuetudinẽ.l.Papiæ fuiſſe in homine caſus ponere, ac per cõſequens circa eius interpretationẽ, vbi ſuadet ratio pro hominẽ fœminam reponere debemus, vt dixit Caius lib.10.ad.l.Iul.& Pap.cuius fragmẽtum extat in.l.hominis.152.de verb.ſigni.
Interpretor etiã text. difficillimũ in.l.ſi in teſtamẽto.64.ff.ad.l.Falcid. vt nõ probet in eo teſtatorẽ Falcid. prohibuiſſe, vt ibi gloſſ. falſo docuit cũ ea ꝓhibitio à teſtãte I.C.tẽpore fieri non poterat, in.l.quòd de bonis.15.§.fi.in.l.Titia.85.ff.ad.l.Falci.ſed ex ſupraſcriptione quæ in bene emẽdatis C.talis eſt.Vlpia.lib.13.ad.l.Iul.& Papiã veniat in orbo intelligenda in ea ergo vidẽs teſtator Titiũ, cui legata ſunt centum ſub conditione ſi decẽ dederit cõſiderari honoratũ in centum, in.l. ad Veterani.ff. ad.l.Falcid. quoad.l.tamen Papiã præfatũ legatariũ nõ conſiderari niſi nonagenariũ cũ omnis deductio ſiue faciẽda ex teſtantis voluntate, ita minuat legatũ, vt à principio nõ cẽtum ſed.90.dicas relicta, in.l.ſed ſi hoc.62.§.cuidã. ff. de condi. & demon. l.quoties.67.ff.ad.l.Falcid. cum lex Falcidia reſecet legata ipſo iure.l.Plautius. l.lineam.ff.ad.l.Falcid. volens ergo teſtator in.d.l.64.conſulere orbo legatario, ne ex ſuo teſtamento minus caperet, quã ei per legem Papiam dicebat relictis centum quæ capere poterat, ne ex cap. 2. l. Falcidiæ minuerentur habens reſpectum ad regulam, text.in dicto.§.quidam.& in dicta.l.quoties. dixit relinquo Titio cẽtum, quę ipſum capere poſſe ſcio, & ſi Falcidia deducatur, relinquo etiam ea quæ hæredi dare debet vt ſemper habet integra, centumque capere poteſt. facit tex. quem ex

23

præfatã obſeruatione ſoleo interpretare
in.l. ſi quis ſolidũ.72.ff.de hæred.inſtit.l.
cogi.16.§.ij qui ſolidum. ff. ad Trebell.
24 De legato autẽ orbo relicto intelligo
tex.in.l.ſi ita quis.51.de lega.2.l.ſi vir vxo
ris.61.l.ſed ſi hoc.62.in princ. & in.§.cui-
dã.ff.de condi.& demon.l.1.C.de his qui
ſe deferunt lib.10.l.9.tit.42.lib.9.C.Theo
doſiani. Ad hanc ergo orbitatem animũ
appellens.l.Papia. ne iuuenis aptus gene-
rationi impediretur à coniuge ſene deten
tus,interdixit iura connubiorũ maioribus
ſexagenario, & quinquagenario. in.l.pen.
C.de nuptijs.ita ſeuerè vt pręfati coniuges
nõ poſſent inter ſe capere,neq; eorũ liberi
ſi quos fortè procreabãt iuſti & ſucceſsio-
nis legitimę capaces haberentur in.l. ſi pa
25 ter. §.vltimo. ff. de adoptionibus in frag-
mento Vlpiani,tit.16.conſiderauit enim
l.Papia quod vis illa procreatrix plerun-
que mares poteſt.60.fœminas poſt quin-
quageſimum, deſerat ſiſtente profluuio
genitali ſecundùm Ariſtot.de hiſtor.ani-
malium lib.5.c.19. Plinium lib.7. cap.19.
& cõfirmat Mitio ille Terentianus dicẽs,
ego nouus maritus anno demum quinto &
ſexageſimo fiam, atq; anum decrepitam du-
cam id ne ſtis autores mihi,nam vt dixit Ga-
lenus lib.2.de ſanitate tuenda cap.2.*Labor*
cibus, potus, ſomnus, omni ætati communia
Venus vero ætate tantum florentium eſt, quæ
autem hanc vel præcedunt ætates, vel ſequun-
tur, aut plenè ſemen non effundunt, aut certè
infœcundum aut male fœcundum emittunt,
quod poſtea ſublatum eſt, conceſſo iure
connubij maribus & fœminis, etiam ſi
decrepitę ætatis eſſent in.l.penul. C.de nu
ptijs. docet Antonius Guibertus in tract.
de matrimonio. titul. de his qui nuptias
26 contrahere poſſunt, nu. 61. Ad noſtrum
etiam caput temporibus Adriani ſenatus
animum appellens ſtatuit, vt ſolum ma-
ter trium liberorum ius habens libertina
quatuor ad bona filiorum inteſtato mor-
tuorum admittatur in principio. Inſtit.de
Senatuſcõſulto Tertylliano quo facto ſta
tim fuit ventilata quæſtio deciſa, in. l. ter
enixa.& in.l.quæret aliquis. ff. de verbor.
ſignific.hoc tamen capite non ligabantur
virgines Veſtales, vt docet Aul. Gell. li-
bro.1.noctium Atticarum. capite.12. quia
virgines Veſtales nubere non poterant 27
cum eis perſcripta eſſet à die aſſumpti offi
cij caſtitas. 30. annorum vt Halicarnaſeus
lib.2.Alexander ab Alexandro lib.5.c.12.
retulerunt,neq; tenebantur, hoc cap. per
ſonæ, quibus à principe datũ erat ius triũ
liberorum,vt docet Dion Caſsius lib.55.
à quo non diſcrepat Duarenus lib.1.diſpu
tationum.cap.40.& ſic virgines Veſtales,
hoc cap.nõ obligabantur,quia erat eis cõ
ceſſum ius trium liberorum, vt in Num-
ma Pompilio Plutarchus affirmat,hoc au
tem caput Honoriana cõſtitutione ſubla
tum eſt(nam ea ius liberorũ omnibus da
tũ eſt,in.l.1.C.de iure liberorum.)vt An-
ton. Auguſt.in.d.c.de.l.Papia affirmat ex
temporum ſupputatione colligens conſti
tutionem Honorij relatam in. d. l. 1. ean-
dem fuiſſe cum relata in.l.fin. C. de infir-
mandis pœnis cœlibatus qua noſtrum ca
put abrogatum extat.
Tertiò autem capite applicabantur fi- 28
ſco relicta ijs qui capere non poterant,vel
ijs qui cum poſſent capere aliqua ex cauſa
non ceperint, vt poſt Vlpia. in fragmen.
tit.17.dixit Alcia.dict.c.6.ad quod. refe-
ro.l.ſi is qui duos.29.ff.de liber.leg.verſic.
ei cui cõmodum lege competit:nõ enim
probat vt nonnulli putarunt legatario cõ-
petere ius accreſcendi cum in legato dam
nationis,de quo ibi eſſe ſermonem indi-
cant illa verba damnauerit hæredem non
habeat locũ ius accreſcendi. l. huiuſmodi.
§.ſi Titio.de leg.1.l.ſi Titio.de leg.2.Cuia.
ad Vlpia.tit.24.Baldui.in Iuſtinianũ,pag.
199.ſed probet partẽ relictã ei qui capere
nõ poteſt ei dandã cui cõmodũ lege cõpe
tit,ideſt,fiſco vt dixit Terent.Clem.lib.12.
ad.l.Iul.& Pap. cuius fragmẽtũ hodie ex-
tat in.l.ſi id quod.21.verſi.ad quẽ hoc cõ-
modũ peruenit ſi legatarius capere nõ poſ
ſit.ff.de liber.leg.tradũt Vlpia.in fragmẽ.
tit.17.& Duare.li.1.diſpu.c.4.Baldui.ad.l.
Iuliã & Papiam.pag.99.hoc autem caput
adeo odioſum & inuiſum populo fuit, vt

eius occasione vix seditiones populares
orirentur,& sic eius respectu in dubio cō
tra fiscum (non generaliter) iudicandum
firmat Modestin. in. l. non puto.10.ff. de
iure fisci tradūt Corra.li.6.Miscella.c.19.
Couar.lib.1.Varia.c.16.in prin. sed verius
credo Modestinum dicere non commit-
tere delictum qui in dubijs causis contra
fiscum responderit,nam antiquitus qui re
spondebat contra fiscum plectebatur,qui
bus fauet Modestinus in hac lege dicens
eos non delinquere,quia sub bono Princi
pe fiscus iuris regulis vti debet, vt ait Pli-
nius in Panegirico dicens, nunquam fisci
mala causa est nisi sub bono Principe, &
Marcus Antoninus Philosophus in cau-
sis iudicās nūquam fisco fauebat, vt refert
Iulius Capitol. in vita Antonini Philoso-
phi, Anton.autē August.capite supra cre-
dit hoc adaucta fuisse iura patronorū, qui
locupletiores libertos habebāt, vt duobus
tantū filijs extantibus virilis patrono debe
retur,quod licet lege Papia introductum
credam ex.§.postea vero.Institu. de suc-
cessione liber.l.si libertus.ff.de iure patro.
an hoc.3.cap.sit introductum anceps sum
deperditis Triboniani facinore originali-
bus quæ quantæ vtilitatis nobis in præsen
ti foret nemo sanè mentis dubitabit si con
sideret plura legis Papiæ fragmenta in iu-
re extare quæ licet vix in vnum colligi
queant, facit vt ea veluti Sisiphi saxū per-
petuo in studentium humeris reuolutum
incumbant, quorum vt nos desiderium
leniamus earumque tanquam exhausto
incendio saluæ ad nos peruenerūt in præ-
senti cōgeremus veteremq; tam celebriū
legum memoriam eorum quæ in mani-
bus habemus ope ab obliuionis iniuria
qua fieri potest diligentia vindicabimus,
qua in parte sicubi fefellero veniā me ab
æquis iudicibus exoraturum facilè confi-
do eo quod in tenebris, vt aiunt micantes
& solis plerunq; coniecturis res ignotas in
uestigantes labi atque errare humanum
est:legis ergo Papiæ.4.cap. prohibebatur
extantibus ex priore matrimonio liberis
amplius dodrantem in dotem dari,in.l.2.
tit.de inoffi.dotibus.lib.2. C. Theodosia-
ni, quia cum attento iure Quiritum quo 30
mulier in manum conueniebat.& coem-
ptore fiebat matrimonium maritus viuē-
te vxore dominus dotis erat.l.in rebus. C.
de iure doti.docet Bal. nouel. de dote.par
te.8.priuileg.6.nu.1.&.2.Connan.lib.8. c.
9.num.4.Cuia.lib.10.obser.c.32.& mor-
tua in matrimonio vxore,nullis etiā extā-
tibus ex eo matrimonio liberis dos profe
ctitia apud maritum remanebat, secundū
Vlpian.in fragm.tit.6.versic. mortua. vbi
obseruat Cuia. extatque eius antiquitatis
vestigium,in.l.si ab hostibus.§.si vir. ff.so
luto matrim. in.l.ei qui.6.ff.de his quibus
vt indig.in.l.4.C.solu.matri. amplius quā
dodrans in dotem dari non debebat, ne
quartæ legitimariæ facto præiudicio filij
de inofficiosa dote querelam coram ius
dicente proponant. Quinto autem capi-
te cauebatur, vt Pontificis maximi arbitra 31
tu virgines è populo viginti legantur, sor-
titioque in concione ex eo numero fiat,
vt referunt Aul.Gell.lib.1. ca.22. Rosinus
lib.8.antiq.Rom.c.1. vbi est sermo de ve-
stalibus, quarū vno tantū loco mentionē
fieri existimo nouell.6. quę virgines post
Seruium sex fuerant maxima in religione
habitæ,quæ ob.30.annorum seruitium in
templo faciēdum, & seuerissimas pœnas
in casum amissæ virginitatis impositas vix
reperiebantur eis multis datis priuilegijs,
lex ergo Papia statuit à Pontifice virgines
20.sumendas, inter quas sortitio fieret, vt
ea super quam caderet ad sacra pertineret
vestigijs forte Hebræorū inhærētes apud
quos Summus sacerdos post captiuitatē
Babylonicā sorte eligebatur vti referunt
Ioseph.li.4.Antiq.c.4.AEgesippus de ex-
cidio vrbis Hierosolym.li.4. c.7. ad cuius
rei exemplū credo B.Mathiam ad aposto
latū assumptū sorte non diuina apparente
per descensum colūbę,vt putarūt Diony.
de Ecclesiast. hierar.c.44.Ioan.Echius. 3.
to.hom.1. in festo S. Mathiæ, Iacobatius
de cōcil.lib.3.art.1. nu.270. sed fortuita in
forma cōmuni sortium in. c. non statim.
in.c.non exemplo.26.q.2. docet Caietan.
Actor:



Actor.1.Sixtus Senen.lib.5.annotat.166. Ribera sup.Ionas Proph.c.1.nu.41. quam Apostoli miserunt sequentes ritum Gentilicum ex imperfectione & infirmitate fidei, nondum enim venerat super eos Spiritus sanctus, vt notat Abulen. sup. Iosue, tom.1.fol.108. hoc tamen caput non est abrogatum Popilia lege dicente, sortitionem non faciendam casu quo honesto loco natus filiam suam offerat Pontifici, sed potius omissum nostro capite suppletũ, vt non fiat iniuria populo ex sortitione, si sit puella quæ virgo Vestalis fieri poterat, nam victi Athenienses à Minoe eos Minotauri vectigales fecit eos obligãs, vt vnoquoque anno septenos liberos suo Minotauro ad epulãdũ mitterẽt post quod illi 7.sorte eligebantur, vt ait Virg.7.AEneid.

Cecropide iussi (miserum) septena quotannis,
Corpora natorum stat ductis sortibus vrna.

Anno tamen mundi 3960. ea sors Athenis iacta non fuit, quia Theseus volũtariè se ad Minotaurum pollicitus est ire, vt re-
32 fert Higinius lib.1.fabularum.c.41. Alio autem capite decisionem.l. Iuliæ antiquitus à morte viri anni vacationem tribuentem ad biennium extẽsam fuisse affirmat Vlpia.in fragmen.tit.14. antiquitus enim cũ annus ante ordinationẽ Iulianã fuisset decemmestris (vt dicit Ouid.lib.1.Fasto.

Tempora digereret cũ conditor vrbis in anno
Constituit menses quinque bis esse suo.

Cuius rei elegantem suspicionis causam affert Plutarchus dicens, ἐπὴ καὶ πάρεση τισὶν οἴεσθαι καὶ λέγειν ὡς οὐ δώδεκα μησὶν ἀλλὰ δέκα συνεπλήρουν οἱ τότε Ρωμαῖοι τὸν ἐνιαυτόν.

Quam & si improbet Iosephus Scaligerus de emendatione temporum libro.2. pagina.116. comprobant Alciatus in.l.cum bis sextus.ff. de verb. signific. Pardulfus Praietus in Iurisprudentia veteri ad.l.24.Romuli. Tiraq.de vtroq; retract. tit.1.§.1.glo.10.in princ. quia vsq; ad illud tempus poterat fœtus in vtero gestari in l.Gallus in prin.ff.de liber.& posth.l.intestato.§.post decem.ff.de suis & legit. hæred. Neptunus enim alloquens puellã à se recenter compressam, sic ait apud Homerum lib.11.Odissex.

Χαῖρε γύναι φιλότητι περιπλομένου δ᾽ ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκν᾽ ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ Ἀθανάτων.

id est,

Nunc gaude dilecta ast cũ se euoluerit annus
Illustres, neque enim sunt vana cubilia diuũ
natos nixa dabis.

Ne fieret commixtio seminum natoque filio eius patrẽ ignoraremus prohibuerũt ll. nuptias intra annũ luctus contrahi in.l. liberorum.§.1.ff.de his qui not.inf.1.intra decemmestre in.l.1.titu.8.lib.3. Theodo. notant Cuia.lib.6.obserua.c.32.Rebar.lib. 1.Variar.c.20.eo tamen anno elapso, quia præfata inconuenientia cessabant lex Iulia de maritan.ordinib.ad nuptias obligabat vt liberis ciuitas repleretur, lex tamen Papia cõsiderans eam mulierẽ die nuptiarum post Himeneum cornicẽ inuocasse, vt ait Tiraq.in.§.hoc sermone.nu.161. nõ statim ad nuptias obligabit, sed biennium dixit expectãdũ esse antequã pœnis legis Papiæ subijciatur quod cũ populo rigurosum fuisset visum ab eodem Augusto ad trienniũ extensum est apud Sueto.in Augusto.c.34.quod quidem caput Papius & Popeus acceperũt à cap.5.l. Iuliæ de maritan.ordin.vt cõstat ex Valentino Fostero in histor.Iuris ciuilis.septima Reipub.mutatione.§.leges ab Octauio Cæsare latę.

Alio autẽ capite.l.Papiæ peregrinos ab vrbe exterminabat, vt ait Cicer.3.Officio. malè etiã qui peregrinos vrbibus prohibent eosq; exterminãt, vt Petronius apud patres nostros Papius nuper nã esse pro ciue qui ciuis non sit rectũ est nõ licere, vsu vero vrbis prohibere inhumanum est, in quo Papius & Popeus non fuerunt inhumani vt Cicero ait, sed fuerunt sequuti vestigia Spartanorũ, apud quos ex Licurgi lege non omni tempore admittebantur peregrini, ne æmuli politiæ modi eius fierent ac indeperdescerent quo in virtute proficerent, vt refert Cœlius Rhodigin. lib.18.lectio.antiq. c. 5. acceperunt etiam Papius & Popeus ex. l. Iulia. de maritandis ordinibus. capite. 2. relatum ab Alexandro Seuero, in.l.neque patronis. C.de

operis

operis liberto. si fidem damus Paulo in li-
bro. 11 ad. l. Iuliam & Papiam. cuius fra-
gmentum extat in. l. qui libertinus. ff. de
operis libertorum. &. 3. cap. relatũ à Pau-
lo in. l. adigere. §. fin. ff. de iure patronatus.
vt constat ex. l. 3. §. si quis. de suis & legiti-
mis hæredibus. l. quæsitum. ff. de qui. & à
quibus. facit text. in. l. sed si hoc. 61. l. cum
ita. 62. ff. de condit. & demonstra. cap. 3. de
vicesima ad fiscum expectante. quartum
de tempore viduitatis in biennium diffe-
rendo, vt supra dixi. 6. caput relatum in. l.
consultus. ff. de ritu nuptiarum, vt constat
ex. l. lege Iulia. ff. de ritu nuptiarum. con-
stat etiam ex. l. vnica in fine. ff. vnde vir, &
vxor. coniuncta. l. in eo iure. 45. ff. de ritu
nuptiarum. non tamen omnia capita le-
gis Iuliæ de maritandis ordinibus sunt in
nostra. l. nam primum caput de fascibus
sumendis à consule plures filios habente
extans apud Aul. Gelliũ lib. 2. c. 15. eum in
nostra. l. non extare. firmat Valentinus
Foosterus supra, & nõ obscurè tradũt Bri
sonius de iure connubiorum. pag. 8. Anto
nius August. in indice legum Romana-
rum cap. de lege Iulia de maritandis ordi
35 nibus. Alio autem capite legis Papiæ ne
bonis ab hærede subtractis aliqua parte vi
cesimæ fiscus defraudaretur, statutum est
ante apertas tabulas, quibus bona defuncti
innotescerent hæreditatem adiri nõ pos-
se, vt refertur in. l. vnica. §. cum igitur. C.
de cadu. tollen. statuens quædam cretio-
nis verba solennia intra. 100. dies proferen
da intra quos si nõ proferebantur, aut mi
nus rectè hæreditas, vt caduca fisco acqui
rebatur, vt docet Alciat. lib. 3. dispunctio.
cap. 7. aduertens ex Codicis Theodosiani
constitutione eam cretionem in successio
nibus ab intestato, etiam requisitam & su
blata. l. Papia. statim fuisse latam. l. cretio-
num. C. de iure delib. cui licet nonnulli
accedant interpretantes exinde. l. pupil-
lus. 9. ff. de acquirend. hæred. vt ea quo ad
excludendum fiscum pupillo qui fari po
test, non tamen intelligit causam acqui-
rendæ hæreditatis, concedatur adire pro-
ferendo verba cretionis, & fiscum exclu-
dere, vt eius qui fari potest suppleatur iu-
dicium authoritate tutoris, non vero alte-
rius, sed falluntur sanè: nam cretio non est
legis innuentem sed testantis, tunc enim
solum locum habebat quãdo testator ex-
primebat dicens, Titius hæres sto cerni-
toque in diebus cẽtum proximis, quibus
scieris poteris ve, nisi ita creueris exhæres
sto docet Vlpiã. in fragmen. tit. 22. Plin.
lib. 10. epistola ad Traianum. Isidor. lib. 5.
etymolog. cap. 24. quibus verbis testa-
tor obligabat hæredem vt nomen suum
conseruaret ea solenni formula cernendo
cum me Mœuius hæredem instituerit eã
hæreditatem adeo cernoque, vti referunt
Gouean. lib. 1. Variar. c. 25. Contius lib. 1.
disput. cap. 12. Couar. lib. 4. Variar. cap. 10.
& digitorum percussione hæreditatem
(ita) subire secundũm Cuia. lib. 7. obserua.
c. 18. vt si intra legitima tẽpora cretionis
dicat se nolle subire hæreditatem pœni-
tentia ductus proferendo verba cretionis
poterat hæres fieri si credimus Duareno
lib. 2. disp. c. 4. Brison. de formulis libro. 7.
pag. 671. ratio autem dubitandi ad dict. l.
pupillus. sumitur ex. l. seruo inuito. 65. §.
si pupillo. ff. ad Trebel. cui tacitè satisfacit
I. C. separans & distinguens à gestione
pro hærede quæ cum facti sit in muto da-
tur in. l. mutum. ff. de acq. hæred. cretio-
nem quæ in prolatione verborũ fit, & vt
actus legitimus. l. actus legitimi. ff. de di-
uer. regu. per procuratorem expediri ne-
quit ex regula. l. nemo alieno. ff. de reg. le-
gendo pro agere potest legitimum actũ
exercere cum Cuia. lib. 7. obserua. cap. 18.
Brison. lib. 4. selecta. c. 20. quæ in nostro ca
su extat expressa in. l. per procuratorem.
ff. de acquir. l. 1. §. fin. per arg. ab speciali. ff.
de offic. procur. cess. l. 15. titul. 6. par. 6. de-
fendunt Cuia. lib. 1. obserua. c. 34. Othom.
l. sing. quæstionũ. c. 32. reclamante adhuc
Duareno lib. 2. dispu. c. 17. ideo. I. C. pu-
pilli loquelam supponens, respondet hoc
fauorabiliter concedi, vt iudicium infan-
tis suppleatur authoritate tutoris, nam
hoc vtilitatis causa in simili conceditur,
in. l. quanuis. 32. §. infans, ff. de acquirenda
possessio.

possessio.primo fauorabiliter contra iuris regulas,vt nos diximus in repet. dict. cap. fina.num.53.

36 Hoc autem caput legis Papiæ nõ habebat locum in suo hærede,in.l.3. C.de iure deliberandi, in.l.vnica. C. de his qui ante apertas tabulas,quia suus hæres non adijt vel profert verba cretionis, sed potius ex iure suitatis existit patri hæres,in.§.sui instituta. de hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur, neque me in contrarium mouet.l.Papiam.vicesimam deduxisse ex legatis quæ in acquisitionis modo æquiparantur successioni sui hæredis in.l.cum pater.79.§.surdo.de legat.2.nam respondeo diuersum esse ius considerandũ in legatario consequente commodum ex legato, & in suo hęrede bona quodammodo propria accipiente in.l.fin. C.de codicillis. & sic.l.Papia. quæ de aditione loquebatur suum hæredem excipiebat,vt post Pliniũ in Panegirico ad Traianum docent Balduinus supra,& Forcatulus in Neciomantia iuris,dialogo.22.num.1. neque hoc caput habebat locum in seruo hærede instituto,quia non ex verbis cretionis, sed potius ab ipsa.l. fit domino hæres necessarius (vt docet Marcellus) in.l.antistius.§. fina.ff. de acquirenda hęreditate.cuius sen

37 tentiam ex præfacta ratione contra nonnullos Iurisconsultos defendit Iustinianus in.l.fina. §.sin autem .1. versiculo sin vero. C. de curatore furiosi.ac per consequens cum seruus nõn ex verbis cretionis sed potius ab ipsa.l. fiat domino necessarius,ante apertas tabulas. non obstante. l. Papia fiebat hæres & nomen domini assumebat tanquam Libertus Orcinus. probat text. quem ex præfata obseruatione intelligo, in.l. si post mortem. in principio de legatis.1.in.l.eius qui in prouincia. vbi Barto.& Alciatus numer.5.securè tradiderunt. ff. si certum petatur. & satis innuere videtur Vlpianus in.l.3.§.fina. ff.de hæred. instit. dicens, *apertura tabularum dilatio necessarij hæredis ius non mutat* neque habebat hoc caput locum in bonorum possessione.in.l.1.§.sufficit.ff.de bonorum possessio. quia licet quo ad legem 38
Papiam valeat argumentum de hæreditate ad bonorum possessionem. in.l. hæreditatis.138.ff.de verborum significatione. illud tamẽ habebat locum data identitate rationis ne fiscus excludatur: at in præsenti erat diuersa ratio, quia bonorum possessio erat à prætore petenda qui fraudare fiscum non præmitteret,ac per consequẽs diuersum ius fuit necessario statuendum, quam legis Papiæ sanctionem,edicto cõfirmasse Adrianum colligo ex.l.fin.C.de edicto D. Adriani tollendo, aduertens cũ Balduino in.d.c.de.l.Iulia.fol.166.Adrianum statuentem intra tres aut quinq; dies aperiri testamentum, non tam ad hære- 39
dis quam ad fisci commodum, animum appulisse,cum suum beneficium missionis anno finiri decreuerit, sed vt vicesima statim fisco solueretur statuit hæredem scriptum mitti illico in possessionem,etiã si falsum ruptum aut irritum testamentum diceretur,saluo eorum iure in. l.vltima.C.de codicillis in.l.2. C. de edicto D. Adriani tollendo, in. l. quisquis. C. quorum appellationes non recipiantur. Quæ omnia sustulit Iustinianus corrigens.l.Papiam.in dict.§.cum igitur.& edictum Diui Adriani, in dict.l.fina. concedens beneficium missionis non annale sed perpetuum,idest, quod duret triginta annis ex .l.sicut.C.de præscriptione.30. vel.40. annorum,docent Menochius de adipiscenda.remedio.4.numero.47. Viglius in dicta.l.fina.glossa legitimo.numero.47. ad quam sanctionem Tribonianus animum appellens cum Papinianus ex edicto Diui Adriani concessisset missionem in possessionem bonorum filiæ institutæ in testamento,quod pręteritione filiorum annullari poterat in.l.filiam. ff.ad Trebellianũ. subtraxit verba ex edicto Adriani male & fraudulenter cum starent in originali,& appellens animum ad dict.l.fin.simpliciter.l.protulit,vt opinatur Cuiacius ad Paul.libro.3.sententia.tit.5.sed falso, nam in specie à Papiniano proposita nõ erant filij præteriti, vt putauit Cuia. cum præte

ritis

ritis filijs frustratoria erat quæstio de fideicommisso nullo ex.l.filio præterito.ff. de iniusto rupto.sed institutis vel exhæredatis filijs testamento valido existēte fuit à Papiniano duplex quæstio decisa. Prima, an filia grauata fratribus hæreditatem posit restituere ab ipsis bona possessa petere, & dubitationē faciente regula. l. ille à quo.§.1.ff.ad Trebel.l.si is à quo.ff.vt in possessionē legatorum, & an alienatio facta à fratribus de re fideicommissi restitutione reuiuiscat dubitationem faciēte.l. 1.§.quod ait prætor.ff.quorum legato affirmatiuè etiam Papinianus respondet.

Postea vero Senatusconsultis anhelantibus fiscū caducis locupletare dies cedere legatorū non à morte testatoris, sed ab apertura tabularū aditionisque tempore statutū est (vt in.d.§.cū igitur.refertur) vt quod in medio desiciat hoc caducū fiat, quibus.S.C. attentis nō poterat legatarius ante aditā hæreditatem optare in. l. Iuliante adita hæreditatem optare in. l. Iulianus. 10.de leg.1.in.l.optione.16. ff. de optione lega. licet alias posset in. §. optionis. Inst.de lega.nā qui optat repudiat rē quā nō eligit, at nō potest quis legatum repudiare ante diē legati cedentē in.l.si ita.46. §.1.de leg.2.merito ergo attentis S. C. supradictis dixerunt, prudentes nō posse legatariū ante aditam hæreditatē optare, nā in simili stante obligatione hominis, potest creditor facere pactū de non petendo stychum, in.l.si vnus.§.sed si generaliter. ff.de pactis. non vero homine legato aliquid agitur repudiato Pamphilo in.l.homine.ff.de opt.leg.quia ante exhibitionē omniū seruorū licet posset solui stychus tanquā debitus ex cōtractu generis. l. qui decē.§.qui hominem.ff.de solut. non tamen poterat accipi tanquā optatus ex legato.l.Scyphi.ff.de optione leg. & sic repudiatio non valet, neq; optio accepti ex reg.l.nolle.ff.de acquir.hæred. quia videtur facta ante diem legati cedentem.

40 Secundò ex eisdem S.C. interpretor, Caium in.l.quod principi.58.de legat. 2. asserentem, legatū Principi relictum eius successori deberi nō dissensisse à Papiniano in.l.si Augustæ.59.de leg.2.docēte legatum relictum Augustæ ea mortua successori eius nō deberi, non ex cōmuni resolutione docente in legato Principi relicto testatorem nō ad personam sed ad dignitatem animum appulisse in.l. annua. §.à tia.ff.de annuis leg.ac per consequens legatū transmittitur ad hæredes in.c.quoniam Abb.de offi.deleg. at vero legatum relictū Augustæ non censetur dignitati, sed potius personæ relictum, ac per consequens nō transmittitur ad heredes, docēt Couar.in.c.requisisti.nu.4. de testa. Zasi. lib.2.respon.c.4.Gouean.lib.2.vario.cap. 31.quia erat ineptum, imo penè impossibile Papinianum scholijs legem Papiam illustrantem ad interpretandam testantis voluntatem, vbi solum de potentia agere debebat animum appulisse, ad hæc ergo Senatusconsulta circa legem Papiā facta Papinianus oculos conijciens ait, *Si Augustæ legaueris, & ea inter homines esse desierit deficit quod ei relictum est*, idest, hæredi eius non debetur, non enim loquitur de succedente in ea dignitate, cum neq; Plotina, neque Faustina in quibus exemplū proponit suarum dignitatum hæredes habuerunt, non enim Adrianus aut Antoninus secundas vxores habuerunt, sed loquitur in hærede bonorū, cui non debetur legatum Augustæ relictum impedita ex nostris Senatusconsultis transmissione. Princeps vero rectè in successorem trāsmittit, quia in vita neq; in morte nostris adstringitur Senatusconsultis, & sic legatum sine dubio Princeps in quemlibet hæredē priuatum transmitteret, vt obseruat Igneus in.§.nō alias.1.par.nu.408. & si tunc aliquis dicat sicut Princeps non ligatur.ll.caducarijs, ita neq; Augusta in.d.l.princeps. Respondeo quod licet Augusta viuēs ob matrimonium imperiale sit. ll. exigentibus vicesimam soluta moriens tamen vt potè tunc matrimonio soluto, idest, nō retento ex defectu voluntatis.l.fin. vero nā superior.ff.de condit.instit. S.C.obstricta legatum ad hæredes non transmittit, Augusta enim erat sicut libertus Latinus, qui

qui cum esset per totum tempus vitæ suæ liber in vltimo vitæ momento fiebat seruus, vt in proposito. l. vnicę. C. de lat. lib. toll. tradũt Cuia. obser. lib. 3. c. 23. & l. 4. c. 5. Marcus Vertranius de iure libero. c. 7. Rebard. de auth. pruden. c. 7. ita etiam Augusta in vltimo vitæ momento considerabatur persona priuata, & sic Senatusconsultus caducarijs obstricta legatum non transmittebat.

Ex eisdem etiam Senatusconsultis interpretor contrarietatem & dissensum. l.
41 si seruus. 14. §. boue surrepto. ff. de cõdict. furtiu. cum. l. mortuo boue, de legat. 2. vt Iulianus in dict. §. boue. concedens boue surrepto & occiso condicere carnem, corium, & cornua in domino procedat, qui non solum rem suam, sed & id quod ex re sua superest petere potest. l. solum. 50. §. 1. ff. de rei vendicatione. l. si grege. 22. de legat. 1. at tex. in dict. l. mortuo. ex eius suprascriptione quæ talis est, Paulus. l. 5. ad legem Iuliam & Papiam referatur. ad legem Papiam qua attenta dies legati etiam per vendicationem relicti ante apertas tabulas non cedebat, vt dicitur in dict. §. cũ igitur. §. cum ergo. intrierit bos. in dict. l. mortuo boue. ante diem legati cedentem nullum ius in eo potest prætendere legatarius, quia neque suus fuit, neque sibi debitus, nam ex testantis voluntate bos peti non potest, quia iam bos non est sed cadauer deficiente anima sensitiua quæ legatum demonstrabat, in. l. peculium. §. quadrigæ. de legat. 2. neque ex dict. §. meum. quia cum bos nondum esset legatarij, vel ei debitus non poterat eius spolia petere, nam in simili licet vestimentum factum ex lana legata, vt factum ex re legatarij sit legatarij, in. l. seruum filij. 45.
42 §. si pocula. de lega. 1. quia attento iure cõmuni antiquo dies legati per vindicationem relicti cedebat à morte testantis, vt dicit Iul. Paul. lib. 3. senten. tit. 6. §. per vindicationem, illud tamen non deberi, dixit Paul. in. l. lana. 88. de leg. 3. animũ appellens ad legem Papiam quam interpretabatur: nam cum lana non esset legatarij, sed hæredis non poterat petere vestimentum ex ea factum, nam legatarius cui lana erat legata eam petere non potest si tincta efficiatur, in. l. si cui lana. 68. in prin. &
in. §. penul. de lega. 3. quia testator tingens 43
lanam ei nouam quodammodo formam dedit ipsamque ab alia lana separauit, ac per consequens ab eius petitione legatarium exclusit sicuti facto tomento, in. d. l. si cui. §. lanæ appellatione quam sine dubio petere posset si à principio esset versicoloria: nam ea sine dubio lana est vt dicit Paul. in. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aureo & argen. leg. secundùm hanc obseruationem nõ contrarius Vlpia. in. d. l. si cui lana vt credidit Cuia. ad Paul. l. 3. tit. 6. verbo, lana, dicẽs Paul. Sabin. Vlpianum, vero Proculi factionem secutum fuisse.

Iustin. autem hæc omnia obliteranda censuit, & restituto iure antiquo in dict. §. cum igitur. disponit dies legatorum cedere à morte testatis, cuius sententia ne reddatur ex eo difficilis cedere diẽ significat
incipere deberi pecuniam. l. cedere diẽ. 44
ff. de verbor. signific. at ante aditam hæreditatem nõ est qui debeat vel debere possit cum obligatio soluendi legata oriatur: ex qua si contractu celebrato ipsa hæreditatis aditione, in. l. ex maleficis. §. hæres. de obligat. & act. ergo non potest dici ante aditam hæreditatem dies legatorum cedere. Sed respondeo distinguens, & separans à contractibus vltimas voluntates, nam in vltimis voluntatibus ex textu nostro, & tit. quando dies legat. cedit, cedere diem significat, non quando aliquid incipit deberi, vt in contractibus probat dicta lex cedere, sed quando aliquid incipit quasi deberi, cum ergo hodie à morte testantis incipiat legatum legatario quasi deberi dicitur cedere dies legati quo ad eum scilicet effectum vt legatarius transmittat legatum in hæredes, nõ vero quo ad hoc vt peti posit, vt dicit glossa in dict. §. cum igitur. versic. cedere diem, quam sequuntur Angel. de testam. gloss. 55. nu. 2. Franciscus Marcus decis. 33. num. 2. volum. 1. Hieronymus Gabriel consi. 4. in princip.

Cuia.

Cuia.in paratit.ff.tit. quando dies leg.ced. & sic hodie stante in testamento clausula qua caueatur, quod legatū præstetur legatario intra mēsem à die mortis nō potest peti nisi post aditā hæreditatē vt vtiliter docet Gama. decis. Portugal.248.nu.4.& stante.l.5.tit.4.lib.5.nouæ cōpila. qua legata in testamēto relicta cōfirmātur sine hæreditatis aditione in casu quo hæres aditurus sit eius aditio expectabitur, vt circa interpretationē.l.2.§.pen.& fin.C. siquis omissa causa testa.docet Alexā.cōsil.219.nu.5.& 16.volu.2. Boerius decis.93.nu.2. licet cognito hæredem adire nolle debeantur statim legata quādo sunt pia ex Guidone Papa singul.264.num.1. Tiraquel.in tractat. le mort. saysit. 7.parte. declaratione.5.num.7.& quando nolit adire hæreditatem propter Falcidiæ prohibitionē vt ex authent.sed cum testator. C. ad legē Falcid.deduxit Mathesilanus in.l. filium quem num.108.C.fam.ercis.& si tunc aliquis obijciat in toto titulo. ff. quando dies leg.ced.Consultos Papiæ nullam mentionem vel rationem habuisse, imo potius in

45 l.si post. diem.5.§.itaq;.ff.qñ dies legati cedit.Ex Paulo docemur diem legati purià morte testantis cedere. Respōdet Bartol.in.l.eum qui post.ff.de condit. & demonst. legem Papiam post tempora digestorum, latam fuisse imo quod ad eius præcepta Iurisconsultos non potuisse animum appellere à quo discedo videns legem Papiam cōmentarijs illustrasse Mauricianum Marcellum Gaium, Terentiū Clement.Paulum & Vlpian.quorum fragmenta pasim in hac paraphrasi explicātur, extatq; quodā nostræ decisionis vestigiū.in.l.3.§.final.l. qui soluendo.60.ff. de hæred.instit.in.l. in testamēto.31.l.eū qui.103.ff.de cōditio. & demōst. in.l. fin. ff.de donat.causa mortis admonent Cuia. ad Vlpian.tit.24. Baldui.ad.l.Papiam.folio.160.vnde verius cēseo dicendum Tribonianum nostri iuris architectum deperditis sua perfidia originalibus omnia turbans contra veterum pandectarum fidem in nostro iure plura ex suo marte apposuisse vt docet Connanus.l.9.c.5.num.5. Antonius Guibert.li.singul.quæst.ca.10.num.6.Rebard.li.4.vario.c.19.sicque videns iure antiquo à Iustiniani constitutione restituto diem legati purè relicti à morte testantis cedere ne.ll.Pandectarum iuri antiquo & nouo aduersari viderentur eas sic restituit vt vbi prudentes scripserāt ab apertis tabulis ipse reposuit à morte testantis eaq; ratione in toto titulo.ff. quādo dies lega cedit in.l.Sempronius.25.ff. de vsufruct. leg. vt iuris antiqui à Iustiniano confirmati non vero legis Papiæ ratio haberetur dixit diem legati à morte testantis cedere & cum post titulum. ff. de his quæ pœnę causa relinquuntur in antiquis digestorū libris sequeretur titulus de Caducis & de his quæ sunt in causa caduci sublatis à Iustiniano Caducis eius loco maluit inserere Tribonianus regulā Catonianam iam praxi vtilem post abrogationem legis Papiæ, vt nihil in suo opere cōtrarium Iustiniano videretur vti obseruat Cuia.in paratitla.ff.l.34.titul.7.& ne statim aliquis dubitet quare legatarius à morte testātis transmittit legatum etiā nō agnitum.in.l.Sempronius.25.ff. de vsufruct.leg.in.§.cum igitur dictæ.l.vni. hæres vero nō trāsmittit hæreditatē.in.l.quoniā sororē.C.de iure delib.& in dict.l.vni. §.in nouissimo.l.emācipata.C.qui admitti in.l.2.ti.6.par.6.reiectis varijs rationibus quas cum iudicio confutat Spino glos.33. prin.num.79.considero cum Alciat.l. 4. parado.ca.5.totum hoc negotium pendere ex testantis voluntate qui in institutione hæredis eligit certam personam quæ ipsum repræsentet quod & in successionibus abintestato locum habet.l.conficiuntur.ff.de iure cod.vnde beneficium testatoris in Sempronium collatum nō potest transire in eius hæredem. argumēto.l.Titius de liber.& post h.cum quo nullū negotium gesit testator apprime desideratum in.§.sed neque hæres.instit. de testa. & ne testanti succedat persona incognita & de se male merita at legatarius bene trāsmittit, quia ad succedendū nullū ne-

gotium geri cum testante antiquitus desiderabatur, & quia testator in relinquēdo legatum ad vtilitatem tantū legatarij animum appulit quæ in eius transmissione apprime versatur, vt hæres eius spe illius lucri magis inuitetur ad hęreditatē adeundam, vt considerat Bereng. in.l.in quartā. c.1.nu.6.ff.ad.l.Falcid.cuius rei video nō obscurū extare vestigiū,in.l.vn.in fin. C. de his qui ante apert. vbi fit trāsmissio hæreditatis nō aditæ in nepotes ne cōtra aui desideriū alij insperato hæreditatis vel legati cōmodo fruātur,& nō admissa trāsmissione minus dilectus præferatur magis dilecto, vt argutè cōsiderauit Menoc. consil.105.nu.34. vol.1. qua obseruatione moti Alex.consi.79.nu.3.vol.6. Mencha. de success.progress.§.15.nu.107. transmissionem venire ex testantis voluntate,sicq; eam impediri ex testantis voluntate qua transmissibile sua natura fieri non transmissibile docuerunt Gama.decis.158.nu. 3.Parisius cons.66.nu.30. vol. 3. & èconuerso non transmissibile fieri transmissibile ex.l.in conditionibus.§.1.ff.de cond.& demonst.docuit Cepha. consi.16. nu. 39. volu.1.& consi.318.nu.42.& consil.436. nu.9. vol.3. cuius sententiam probarunt Dilectus de arte testandi tit.11.caut. 1.nu. 8. Bursat. consi.71.nu.7.volu.2.Mencha. supra.§.18. nu.94. & transmissarium præferri substitutio post Alex. supra firmauit Pet.Greg.lib.42.syntag.c.13. nu.4. cui nō anteponeretur si nō haberet testātis volūtatem cum substituto postponatur cōiunctus,in.l.2.§.si duo. ff. de secundum tab. l.Lucius.78.§.Caio.ff.ad Trebell.

Neque aliquo casu transmittitur hæreditas in fiscum etiam ex potentia suitatis, vt docet Ruinus consi.25.nu.2.volu.5.ne dicamus testantem fiscum in sui nominis diminutionem alijs hæredibus occupare volentibus vacantem portionem prætulisse, tum etiam quia ius abstinendi non eneruat vires suitatis in his quæ tendūt ad commodum filij, sed in his quæ tendunt ad eius damnum, in.l.si filius qui patri. ff. de vulga.sicq; transmittit hæreditatem ad hæredem quem sibi habere expedit, quia forte mediante patris hæreditate habebit eum hæredem quem alias non haberet in l.Iulianus.ff.de acquir.hæred. in fiscū vero nō transmittit, quia nunquam cedit in commodum filij, sed potius in odium & damnum quod habeat fiscum hæredem.

Eaque forte ratione motus Bursat.consil.61.nu.21.vol.1. asseruit filium testantis anteponendum esse matri petenti filij hæreditatem,& in ea bona mariti ad se transmissa ex potentia suitatis: cum præsumendum sit magis patrem filium quam vxorem dilexisse,& sic non concessisse in eius pręiudicium transmissionem,sed expressè conuincitur ex.l.3.C.de iure delib.nam filius suus hæres non transmittit hæreditatem ex testantis voluntate, quia si id esset non transmitteret nisi in sanguine coniunctos testanti, vt accidit in transmissione quæ fit ex potentia sanguinis,in.l.vnic.C. de his qui ante apertas.sed transmittit quia non impetrato beneficio abstinendi suus extitit patri hæres,ac per cōsequens ad hæredem transmittit cum beneficio abstinēdi sibi competenti, ne dicamus suitatem esse damnosam filio, in.l.si quis filium. 7. §.1.vbi Alexan.adnotauit. ff.de acquir.hæred. docēt Georg. Natan. de statutis.q.3. num.51.Ruin.consi.39.nu.9.vol.3.

Ex eaque ratione credo defendi posse sententiam Bar.in.l.1.nu.3. ff.de iure codicill.receptam à Roma.cons.16.Socino in l.cum filio.nu.34.de leg.1.asserentis impediri transmissionem hæreditatis in specie. l.Scæuola.ad Trebel.quia testator habuit animum relinquendi bona iure directo, non vero iure fideicommissi, & considerat pro sua sententia Bar.tex.in. l.quærebatur.ff.de milita. test. vbi tantum probatur quod valet substitutio iure codicillorum, non tamen dicit quod testamenti virtus transfundatur in codicillos, sed pro ea fortius facit tex.in.l.quo loco.20.§.fina. ff.de hære.insti.quatenus probat contenta in testamento interpretanda esse perinde, ac si esset verū id quod testator putabat, & tex. in.l.aliā.ff.de noua.vbi probat quod quan

do

do vna obligatio iure nouationis in aliam conuertitur virtus quæ inest primæ ex dispositione legis retinetur in secunda obligatione, sed hæreditas in testamento relicta non transmittitur, ergo nec transmittetur conuersa successione in fideicommissum, quæ sententia mihi verissima videtur quidquid reclamet communis opinio relata à Costa.3.c.par.verb.interdũ.n.38.

Hic autẽ transmissiones poterã tractare quæ ne vos nostrũ otium expectantes negotiosos reddã intactas relinquo ad legata deueniendo, ne nostrę thematis filũ & cõtextũ truncare videar. Sed difficilius
46 est inuestigare à quo tẽpore cedat dies legati quoad translationem dominij, & talẽ dominiũ à morte testantis transire firmãt Fortun.in.l.Gallus.§.& quid si tantũ.nu.265.Igneus.d.num.468.Gama.decis.135.nu.2.moti ex.l.magis.5.§.fundum.ff.de reb.eorũ.l.cum pater.79.§.surdo.de lega.2.l.à Titio.ff.de furtis.l.vnic.§.in nouissimo.C.de cadu.tollen.ab adita hæreditate transire firmant plures cum Croto in.l.si is qui pro emptore.num.122.expendentes tex.in.l.seruum filij.45.§.1.l.si tibi homo.86.§.cũ seruus.de leg.1.l.omnia.32.de legat.2.l.cũ seruus.ff.quando dies lega.ced. in qua difficultate reiecta cõmuni recepta à Ias.in.l.1.nu.95.de leg.1.Socin.reg.274.Dueña reg.210.Peral.in.d.l.omnia.num.20.Molinæo in labyrinthio sexdecim legum,nu.66.Grego.verbo,el señorio,in.l.34.tit.9.par.6.Couar.in.c.Raynaldus.§.1.nu.1.asserente dominiũ rei legatæ transire in legatariũ fictè à morte testantis verè ab adita hæreditate ex adductis à doctissimo Spino in speculo testam.glossa.8.principali nu.18.rectius aduertente dominiũ rei legatæ à tempore agnitionis verè in legatariũ transire, agnitionẽ autem aut repudiationẽ ad tempus aditæ hæreditatis retrotrahi & fingi ab adita hæreditate fuisse quæsitũ, vt docet Iulius Pau.lib.3.Senten.tit.6.versi.per vindicationẽ.& colligit ex dict.§.cũ seruus.accipioq; iuxta eã sententiã tex.in.dict.§.fundum.neq; tunc obstat tex.in.d.§.surdo.nõ verbum emolumentum refertur ad actionẽ ex testamento, nõ vero ad dominiũ rei legatæ, in.l.si furioso.ff.de obligatio.& action. neque obstat tex.in.d.§.in nouissimo. nam tantum probat sublata.l.Papia legatariũ posse legatũ in hæredes suos transmittere ante aditam hæreditatem: de acquisitione autẽ domini verbũ nullum minus etiã obstat tex.in d.l.à Titio.quia tantũ probat seruũ legatũ nunquam fuisse hæredis: non enim potuit eius esse ante aditã hęreditatẽ.l.cum hęredes.ff.de acqui.possess.neq; post eo ꝙ dominiũ rei legatę recta via transit in legatariũ.l.legatum.de leg.2.in ea autẽ.l.de acquisitione dominij, verbũ nullum extare rectissimè admonent Corras.lib.1.miscellan.c.15.Anto.Guiber.lib.singul.quæst.c.14.Anton.August.in.d.c.de.l.Papia, alio autem.c.l.Papia à suis oneribus, & caducis liberos & parentes vsq; ad tertiũ gradũ eximebat, vt refertur à Iustiniano in.d.l.vnic.§.& cum.l.Papia.ex qua decisione.1.interpretor tex.in.l.fin.§.si vero.C.de codicillis concedente liberis & parentibus vsque ad.3.gradũ discedendo ab hæreditatis petitione fideicõmissum petere, non vero alijs, quia extranei trãseundo ad fideicommissum vicesima fiscũ defraudabant nõ vero liberi & parentes vsque ad tertiũ gradũ, quia illã fisco nõ debebant, vt ex.d.Iustinia.sanctione deduxit Iacob.Cuia.in paratitla Codicis tit.de cad.tollen.& si tũc aliquis dicat quod lex Papia loquens in legatis est extensa ad fideicõmissũ.in.l.fideicommissum.de leg.3.ac per consequẽs videbatur in pręfata.l.fin.§.si vero.nullũ fieri præiudiciũ fisco si extraneus ab hęreditatis petitione transeat ad fideicõmissum, sed respondeo quod licet.l.Papia, quatenus cœlibem & orbum capere legatum prohibebat sit extensa ad fideicõmissa. Primũ autem caput eius legis loquens de.20.legatorũ, nõ est extensum ad fideicõmissa, ac per cõsequens est in legatis tantũ, vt odia restringantur admittenda, tempore enim quo lex Papia lata fuit in principio imperij August. nõ erant fideicommissa, quia nemo inuitus cogebatur id de quo

 roga-

rogatus erat in princ. Insti. de fideicōmis-
sarijs hæreditatibus. & in princ. Insti. de co
dicillis. & sic non est verisimile. l. Iuliā. de
vicesima, ad fideicōmissa animū appulis-
se, ea tamen quoad cœlibes & orbos est
extensa à Iulio Pau. vt fiscū captaret in re
quā facile populus admitteret exosos ha-
bens cœlibes & orbos, ea tamen non fuit
extensa quoad vicesimā, quia illud caput
semper populo odiosum fuit, vnde meri-
to fluxit decisio. d. §. si verò. ex ratione su-
pradicta. Secundò ex eodē. c. interpretor,
nō posse labefactari consiliū Galli ex eo
quod filio in eo viuo patre decedente te-
stamentū fiebat irritum deuoluta hæredi
47 tate in causam caduci, in. l. vnic. §. & cū tri
plici. &. §. pro secundo. C. de cad. tollen. si
explosa cōmuni asserente in cōsilio Galli
& in capitibus. l. Velleię, filio substitutum
aut cohæredē datū fuisse, cuius aditione
cōfirmaretur testamentū ex eo quod ma
gis falsa sit quā diuinatoria, nā Africanus
interpretans consiliū Galli nullum posuit
cohæredem extraneum, in. l. si mater. §. 1.
ff. de vulgari. & testāte Costa in. §. & quid
si tantum. 1. par. nu. 13. expresse cōtradicat
Scæuola in. l. Gallus. §. in omnibus. aduer-
tam cū Alcia. lib. 3. paradox. c. 6. Corrasio
lib. 2. Miscell. c. 23. l. Papiā nō habere locū
in cōsilio Galli, neq; in capitibus. l. Velle-
iæ, quia ipsa liberis & parentibus vsq; ad 3.
gradū suū imponere iugū erubuit, in. d. l.
vnic. §. & cū lex. ad quod Scęuola animū
appellēs ad pronepotē, nō vero vltra cōsi
liū extēdit, in. §. idē credēdū. l. Gallus signi
ficās in vlterioribus nō habere locū Galli
cōsiliū testamēto effecto irrito & caduco.
48 Tertiò exinde interpretor tex. in. l. Celsus.
29. in prin. de leg. 2. vt quatenus probat le
gatario mortuo in vita testantis remanere
legatū penes hæredem, nō vero in fiscum
transire procedat, ex. dict. §. & cū lex. dicē
te. l. Papiā ad liberos non extendi, cum er
go in. d. l. Celsus. filia fuisset substituta, nō
dato. l. Papiæ loco ex iure antiquo legatū
remanet penes hæredē, vt rectissimè ad-
notauit Cuia. ad Vlpian. tit. 17. & 18, cui in-
terpretationi ne obstet fideicommissario
decedente manere fideicōmissum penes 49
extraneum grauatū nō vero transire in fi-
scum. l. Iulianus. 60. de leg. 2. aduerto cum
Cuia. l. 8. obser. c. 6. eo casu à S. C. limitatā
& exclusam fuisse dispositionem. l. Papię.
nā cum Senatuscons. relato in. l. idque. &
in legato. ff. de hæred. instit. ad exclusionē
l. Papiæ esset statutū, vt pars legatarij viuo
testāte defuncti non fieret caduca vt fidei-
cōmissum ea dispositio fauorabilis cōpre
henderet pars fideicōmissarij viuo testan
te defuncti non fit caduca, in. d. l. Iulianus.
Quartò exinde interpretor eandem. l. 50
Celsus. §. quod alicuius. vbi portio caduca
coniuncto accrescit, quia ipse erat testātis
filius, ac per cōsequēs capit iure antiquo,
idest, iure quod vigebat ante legē Papiā,
quod antiquū solet appellari, in. l. 1. C. vn-
de vir. & vxor. ibi. pro antiquo iure quæ
verba nō rectè hactenus intellecta referen
da sunt ad nostrā. l. vt sensus sit. l. Papia vi-
ro & vxori vltra decimā ex bonis alterius
capere prohibeat teste Vlpian. in frag. tit.
15. cuius rei extat vestigium in. l. 1. C. de
his qui se deferunt. lib. 10. & in C. Theodo
siano. l. vlt. de inoffi. dot. l. vlt. de legit. hæ-
red. l. 1. l. si aliquis. de bon. præscript. l. pro
cōmoditate. de nauicula, qua merito cor-
recta statuitur in. d. l. 1. vt succedant in soli-
dū, idest, seruato iure antiquo ꝙ ante legē
Papiā vigebat, notant Talelæus interpres
Græcus lib. 45. Basilicon, tit. 5. Cuia. lib. 3.
obser. c. 12. & l. Iul. & Pap. leges nouæ, di-
cūtur in. l. fi. ff. de reg. Cato. filius tamē in
d. §. quòd alicuius, nō adstringitur à Cel
so ad soluēda legata, cū nōdū esset latū re
scriptū Seueri relatum, in. l. licet impera-
tor. de leg. 1. vt docuerunt Salic. nu. 3. Cor
ne. n. 5. in. l. nō iustam. C. ad Trebel. nā cū
Celsus vixerit sub Adriano, & sic multo 51
ante Seuerum, vt refert Aymarius libr. 3.
hist. iur. ciuil. nu. 15. debuit asserere stricta
iuris ratione, quòd substitutus nō tenetur
legata soluere, vt dixit Iul. in. l. si Titio. 63.
§. 1. de leg. 2. si autē in eo. §. esset extraneus.
nō caperet partem vacantē ex iure accre-
scendi, neque cōtra hunc verbū quicquā 52
facit. l. is autem. 11. ff. de iure patro. vbi lex
Papia

Papia ad legitimã extenditur hæreditatẽ, nã aduerto quòd Tribonianus postquã in.l. præcedenti ex Teren: Clem. interpretante.l.Pap. patronũ qui capitis libertũ accusasset à contra tab. excludendũ dixerat ipsum neq; ad legitimã successionem admittẽdũ, ne legi fraus fiat, docet ex Vlpia. in.d.l.is autẽ motus ex regula.d.l.hæreditatis.138.ff.de verb.sign.& sic cũ.d.l.is autẽ nõ loquatur propriè in liberis & parentibus nullũ nobis facit prȩiudiciũ. Caduca autẽ ita populo erant odiosa, & legẽ Papiã ita veteres extimescebant, vt varias procurarent inuenire vias qua fiscũ excluderẽt: inter alias autẽ inuenerunt substitutiones quibus sibi cõsulebant aliũ in locũ primi subrogantes, in casu quo fuerant relicta caduca, in.l.vnic.in prin. C. de cadu.tollen. nã tunc cum primo nõ fuisset legatũ purè relictũ, sed potius sub conditione resolutiua si capere posset eueniente defectu conditionis excluso fisco substituti admittebantur, vt grauiter docuerũt Benincasius de paupertate speciali.9.vltimarũ voluntatum, nu.2.&.4. Corras.lib.1.Miscella. c. 2. Anto.Guibertus lib. singul.quæst.c.6. nu. 12.quibus accedit Baconius lib.4.declaratione.62.nu.5.aduertens hanc substitutionẽ vulgarem dici, non quia à quolibet & cuilibet fieri potest, sed quia à vulgo idest

53 populo timẽte.l.Papia inuenta fuit, & sic substitutio facta ei qui supremus morietur quæ verè cõpendiosa est secundùm Costã.2.c.parte.verbo ac deinde filio.nu.19. appellatur vulgaris, in.l.in vulgari.143. ff. de verb.signifi.quia à populo volente in omnem casum excludere fiscum fuit inuenta: hinc intelligo differentiam constitui debere interin dignum ad quem refertur tit.de his quibus sunt indignis, & incapacem in nostra.l.contentum, nam relictum indigno, non statim sed tunc cum adierit siue legatum acquisierit fisco ac-

54 quiritur. l. necessarios. versic. si se immisceant.ff.ad Syllan.l.ex facto. §. Iulianus. ff.de vulga.docet Bart.per tex.ibi, in.l.eius qui delatorem.§.1.ff.de iure fisci.receptus à Balduino in.§.1.de vulga.Polito tracta. de vulg.3.p.nu.79. Corra. in.l.post aditã. num.50.C.de impub.& sic indignus poterat repudiare & fiscum excludere fraude cessante: at purè relictũ incapaci statim à morte testantis fisco acquiritur, ac per cõsequens fit fraus fisco si non quæratur. l.in fraudem.45.§.idem iuris.ff.de iure fisci.facit tex.in.l.magis puto.§.fundũ.ff.de reb. eorum, vt ergo testantes fiscũ excluderẽt substitutiones introducebãt, vt supra dixi.

Ex iure autem accrescendi fiscum.l.Papia vocatũ excludi falso credidit Benincasius.d.nu.2.&.4.non aduertens tex. in.d.l. vnic.substitutionẽ tantũ expresisse, & ex iure accrescendi admitti filiũ, in.d.l.Celsus.§.quod alicuius. quia vt supra dixi nõ obstringebatur.ll.caducarijs, legem ergo Papiam nõ excludi, nisi ex iure accrescendi substitutioni cõiuncto firmauit rectius Cuia.in paratitla.C. tit.de caducis expendens ad id.l.miles.§.fi.de leg.2. S.C.tamẽ relatũ in.d.l.idque.26. ff. de hæred. instit. coniunctum admittens præbuit occasionem.l.si Titio.63.§.Iulianus.de leg.2. 55

Iustinianus autem vt hanc materiã radicitus explicaret tria capita distinxit in d.l.vnic.§.& cũ triplici.dicens, legata aut haberi pro nõ scriptis aut esse caduca, aut in causa caduci, de quibus singulis vt sigillatim nonnulla dicamus. Aduerto pro non scriptis haberi ex Iustiniani sanctione scripta in.d.l.vnica. §. in primo.relicta personis ante testamentũ mortuis, ideoq; legatum relictũ captiuo si ab hostibus nõ redierit hãbetur pro non scripto, in.l.pen. ff.de his quæ pro non scrip.hab. quia non habente, tunc locũ fictione postliminij, sed admissa fictione legis Corneliæ inuenimus captiuum fuisse mortuũ præambula hora captiuitatis. Cuius decisionis licet plures ab interpretib⁹ rationes asignẽtur cõmunis tamen ex defectu subiecti mouetur dicens qualitatẽ legati non posse extare sine subiecto, in.l.2.ff.de vsufruct. in.l. eius qui in prouincia.§.quas vero. ff.si certũ peta. at in mortuo nõ damus subiectũ & sic neq; qualitatẽ legatinam insim pœnalis stipulatio facta in casu quo mortuus 56

non sistatur est nullius momenti deficien te subiecto cui adhærere posit stipulatio pœnalis in. l. si homo mortuus. 69. ff. de verb.oblig.& in.l.vt pomum.8.ff.de serui tu.tit.gen. seruitus fuit nullius momēti de ficiente subiecto, hoc est prædio in quo qualitas seruitutis consistat, vt post Fulgo. in.l.pecoris.nu.5.ff.de seruit. rust. adnotauit Conna.lib.4.c.10.in prin.& in.l.1.ff.de vsufr.lega. *neque vsus neque vsusfructus itineris actus viæ aquæve ductus legari potest, qaia seruitus seruitutis esse non potest*, hoc est seruitus cum qualitas sit in. l. pen. ff.de euictio.in princ.inst.de vsufruct.docet Molinæ. in labyrin. sexdecim legū ad l.si partē.nu.55.ff.quemad.serui.am.Caba lin.1.par.milleloquio.c.272.nō potest esse subiectū alterius qualitatis albedo enim cōsiderata in abstracto nō potest esse subiectum alterius albedinis, quia hoc naturæ & esse qualitatis repugnat, vt ex Arist. probat Cuia.ad Aphrica.tract.9.in princ. docet Molinæus in extricatione diuidui & indiuidui.3.par.nu. 85. aliā subiūgēs rationē dicēs, quia id neq; ex bonis, neq; extra bona est, nō entis nullę sunt qualitates, notat Antonius de Leō.in.l. 1. nu. 3. ff.de seruitu.tit.gen.& in ꝓposito.l. sed si quid. §. sed nec seruitutem.ff.de vsufruct. docet Frācis. Cart.in.l.si quis in cōscribēdo.nu.
58 19.C.de pactis. ex eadē etiā obseruatione veteres statuerūt post mortē exhæredati nō posse cōferri exhæredationē, in.l. si ita scriptū.15.§.fin.l.Gallus.§.in omnibus.ff. de libe. & posth. nec legatū post hæredis mortē.in.§.post mortē.Inst.de lega.posse tñ cū moreretur filius.in.l.fin.in fin. verb. ff.de cōd.instit.vel cū moreretur hęres, in l.si pecunia.12.§.1.de leg.2.nā cū adhuc viuat filius vel hęres, in.l.qui duos.18.§.hæc cōditio.ff.de manum. test. extat subiectū in quo legatū vel exhæredatio cōsistat, vt post AEmiliū Perotū in. d.§.in omnibus. nu.6.Costa in.§.& quid si tātū.nu.10.& in §.cū in bello, verbo patrē prius mortuū. nu.4. Helenus in diatribario lib.2.c.16.fo. 103. tradiderūt, eāq; cōsiderantes nōnulli cū Costa lib.2.Select.c.25.nu.9.docēt parū subtilē ac penè falsam fuisse Claudij nō tā in.l.vxorem.39.§.Scæuola.de leg.3. dū voluit secūdùm plures relatos à Sarmien. lib.2.select.c.6. nu.22. post mortē durare voluntatem, & sic esse qualitatē sine subiecto neglecta regula.l.fin.ff.quādo dies lega.ced.&.l.fin. ff. qui sine manumisione. & repugnante.d.§.post mortem. si aduertamus opinionē Scæuolæ, teste Vlpian.in l.fideicōmissa.11. §. sic fideicōmissum. de leg.3.non solū in fideicōmisso, sed etiā in legato locū habere: debebat enim Claudius dicere fideicōmissum esse datum nō post mortem, sed moriente hærede Claudium tamen semper tentaui defendere, aduertens eum tantū asseruisse hæredem interim dum viueret nō esse cōpellendū præstare fideicōmissum, nā & si viuus inciperet obligari moriens tamen cōpelli nequiret, argum.l.hæreditatū. ff. de bon. auth.iud.poss.quia vltimus vitæ articulus non potest humano intellectu percipi cū ægroto dum anima sit spes sit, vt probat 59
Tiraq.post.ll.connub.glo.2.num.29.

Ex ea etiam ratione tentauit Connan. lib.10.c.3. nu.5. & firmauit Gribaldus ad princ.l.Gallus.pag.68.col.2.nullo posthumo hæreditatē vel legatū relinqui posse attento iure stricto, quia talis posthumus nō est in rerū natura testamenti tempore quo testamenti factio desideratur, in.§.in extraneis.inst.de hæred.qualit.& quia posthumus non est ens, in.l.9.ff.ad.l.Falcid. in.l.cū inter.14.C.de fideicom.lib. ac per consequens non potest in eo qualitas vel accidens legati consistere iuxta supradict. neq; eo hærede instituto poterat cū eo geri actus apprime necessarius, in.§.sed neq; hæres instit.de testam.ab hac tamen regula excepti sunt posthumi liberi, non quia sui cū verius sit nullū posthumū esse suū, in.l.fin.ff.de coll.bon.iuncta.l. lege Cornelia.ff.de testam.sed quia cū præteriti habeant prærogatiuā rumpendi testamentū necessario debuit eorū institutio admitti cū ea denegata esset iniquisimū testanti imputari, quod posthumū hæredem non scriberet, quē vetante iure instituere non iniqui-

poterat.l.Gallus.§.ille casus.verbo procedere cõducit.l.3.C.de inoffi.testam. quæ iniquitas non potuit in posthumis extraneis cõsiderari cũ præteriti nõ rumperẽt, ac per cõsequens eorũ institutio non fuit admissa cũ veteres in hoc casu ad id solũ animũ appulissent vt prouiderẽt rupturę testamenti in.l.Gallus.§.idem credendũ, & si tunc aliquis dicat ex hac ratione illud absurdũ sequi legatum si licet posthumo proprio relinqui nõ posse cũ eo casu cesset periculũ rumpendi testamentũ, quem solum veteres extimescebant. Respõdeo legatum relinqui potuisse posthumo proprio receptũ fuisse non particulari aliqua ratione, sed in quandã necessariã cõsequutionẽ, vt qui hæres qualicunque ratione poterat institui posset ad legatũ admitti ex reg.§.legari.Inst.de lega.sicque iure antiquo poterat legari posthumis liberis, in l.qui filiabus.17.§.1.in fin.de lega.1.l.1.in fin.ff.de lega.præst.§.posthumi.versi.sed fœminini.Inst.de exhæred.lib. nõ tamen posthumis extraneis ; in. §. posthumo quoque.Instit.de legat. quia ipsi hæredes institui nõ poterant, autore Iustin.in prin. Inst.de bon.poss.quã obseruationẽ, vt ab aliquorũ calũnijs vindicẽ cõprobandã cẽseo ex interpretatione.l.eius seruũ.64.ff. de hæred.inst.vbi fere oẽs falso notãt seruũ posthumi alieni posse hæredẽ institui nõ obstãte regul.l.non minus.31.ff.de hæred.inst.l.si mihi.12.§.regula.đ leg.1.quia ille seruus nõ est ꝓpriè posthumi, sed potius hæreditatis iacẽtis interim dũ posthumus nascitur, vt dixit Theophi. in.§. seruus etiam.Inst.de hæred.insti.debẽtes aduertere secundũ eum intellectũ rationẽ Iaboleni in cõfirmationẽ Labeonis adductã esse ꝓculdubio nugatoriã eodẽq; vitio notãdũ esse Iustinianũ in.§.seruus etiã. Inst. de hæred.inst.introducentẽ ad cõfirmandã institutionẽ serui illius, qui posthumi seruus dicebatur seruũ hæreditariũ hæredẽ institui posse ꝑ hęc manifestè insinuãs seruũ posthumi non esse seruũ hæreditariũ. Vnde credo eius serui institutionẽ admissam, quia dñs nõ est incapax hæreditatis vel legati ꝓpter aliquã rationẽ ciuilẽ ob quãquis amisit iura ciuitatis, vt sunt latini peregrini deportati: horũ ergo serui, ex d.l.nõ minus. hæredes institui nequeunt erat tñ impeditus capere propter defectũ subiecti & sic impedimẽtũ facti ac ꝑ cõsequẽs nõ obstãte regula.d.l.nõ minus eius seruũ admittit Labeo ad hæreditatẽ, in cuius cõfirmationẽ cõsiderat summo cũ iudicio Iabolenus seruũ hęreditatis iacentis posse institui, quia licet hæreditas quatenus est ꝑsona ficta careat subiecto in.l.1. §.Sceuola.ff.si is qui testamẽto est tñ rerũ secũdũ legem, capax.l.hæreditas in multis.ff.de acq.rer.do.& sic tãtũ docet Iuriscõs.impedimẽtũ facti existẽs in dño suppleri ex persona serui, nã in simili licet infans & mutus stipulari nequeãt nõ ꝓpter ciuile, sed potius ꝓpter naturale impedimẽtũ.l.1.in fin.§.mutum ibi. natura manifestũ est.ff.de oblig.& actio.eorũ tñ serui possũt stipulare, quia illud impedimẽtũ naturale in dñis existẽs suppletur ex seruorũ ꝑsonis.in.l.1.in princ.ff.de verbo.in l.seruũ.6.ff.rẽ pup.saluã fo. quã interpretationẽ vt verissimã cõprobẽ illud addo, qđ si posthumus nõ posset hæres institui nõ solũ ꝓpter defectũ naturalẽ, sed ꝓpter aliquã rationẽ ciuilem, vt fit in specie.l.si quis posthumos.9.in princ.versi.sed si ex ea.& in.§.sed si hæres.versi. sed si ex ea.ff. de lib.& posth.§.posthumus.versi.nisi in vtero.Inst.de lega.eius seruus institui non posset, quia seruus stricto iure stricto inspecta sua persona nõ poterat legatũ capere, quia non erat ciuis Romanus, vtilitatis tñ causa cũ eis ex ꝑsona dñorũ fuit introducta testamẽti factio in.d.l.nõ minus.& in d.§.regula.& sic nunquam in iure ipsi existunt hæredes, sed ꝑ eos dñi hæredes fiũt. l.cum filio.3.versi.vlti.ff.de vulga.l.qui in aliena.6.§. Celsus.l. seruus cõis.66.ff.de acqui.hęre.l.cui seruus.25.ff.si quis omissa causa testam.ex eadẽ etiã ratiõe interp̃tor.l.liber homo.59.§.Titius.2.in fine.ff. de hæred.insti. vbi Titius sub cõditione hæres institutus si pendẽte cõditiõe decedat ea existẽte nõ dicitur institutus ne eo instituto, statim dicamus testatorẽ admisisse viã qua nõ habeat effectũ testamẽtũ

habita institutione pro non scripta.
Ex eadē etiā reiecta cōi recepta à Bart. in l.2.§.si quis donaturus.in fi.ff. de dona. causa mort. Alcia.in d.l. eius qui in ꝓuincia.nu.52. Cōna.l.7.c.14. Boer.decis.348. asserente mandatum collatum post mortem non extingui morte.in l. si vero non remunerādi.§.fin.ff. māda. verius censeo mandatū collatum post mortē extingui morte nō vero post mortē durare ne demus qualitatē extare sine subiecto qđ ꝓbatur in.l.cū pater.79.§.Mæuio.de lega.2.& in.l.fin.ff.de solutio.reiecta literæ mutatiōe quā cōtra omniū Codicū fidē introduxit Cuia.lib.1.obserua.c.38. facit reg.l. qđ spōsæ.C.de dona.ante nup.neq; cōi fauet tex.in.d.§.fi.nā nouè aduerto ibi sustineri mādatū ob publicā vtilitatē dictantē hominē insepultū nō relinqui sicut cōtra iuris regulas ob publicā vtilitatē sustinet testamētū ne inuito & reluctāte defūcto ꝓximioribus indignis bona deferātur, vt obseruaui supra.1.part.in prin.in cuius intellectus cōfirmationē ineuitabiliter facit qđ qñ mādatum cōfert post mortē cessat actio mandati & orit de dolo qñ in adimplemēto non versat publica vtilitas in.l.at si quis.§.si cui.ff.de relig.& sumpt.fun. minus obstat tex.in.l. idēq;. ff.mādati: nā ad ꝓximū dictū refert vt tantū ꝓbet mandatariū habere actionē mādati vt consequat pecuniā ꝑ executione mādati necessariā, & quia nō poterat in vita adimpleri sustinet de æquitate sicut testamētū, quā rōnē ego verā cēseo videns apud Iuriscō. nun-
64 quā qualitatē extare sine subiecto nisi in 2.par.l.1.ff.de vsufruc.lega.ibiq; nō ex iuris regulis.sed ex. S.C.autoritate, agnosco tñ penes viros doctissimos hāc rem altius discutiētes receptū esse, quod accidēs siue qualitas pōt esse sine subiecto, quia licet quātū est, & de se & de sua natura debeat esse aptū inhærere subiecto non est tñ de intrinseca ratione ipsius qđ realiter inhæreat subiecto, vt dixit D. Tho.3.p.q.77.ar.1.ad.2.& firmauit Abicebrō.l.2.fontis vitæ.& 4.Physic.refert Arist.opin.quorūdā dicētiū dari vacuū repletū dimēsionibus sine subiecto & Albert.2.physic.cōm.29. referēs opin. Platonis dicentis posse dari vniuersales formas ab indiuiduis abstractas subdit difficilius esse opinari id quā esse accidētia sine subiecto: nā cum accidens.v.g. albedo sit prius natura quā suo subiecto inhæreat ergo à principio stat sine subiecto: lux enim illa quæ primo die fuit creata extitit sine subiecto, vt firmat B. Basil. in suo exame.hom.6.& in Eucharistia sunt accidētia sine subiecto in cōcil. Cōstan.Sess.8. Trid.Sess.13.can.2.qđ esse nō posset si deberet de intrinseca ratione accidētis adherere subiecto, quia vt docet D.Tho.supra.fieri non potest, quod differentia rei ab ea separetur puta quod homo manens homo sit animal irrationale.

Habebantur etiā pro non scriptis legata relicta ijs qui non erant ciues Romani, nam ad testamenti factionē passiuam apprimè desiderabatur, quod quis esset ciuis Romanus, & haberet communionem eorum quæ sunt iuris ciuilis, vt constat ex Cicer. in oratio. pro Archia poeta, & in oratio.pro Cecina.& in oratio.pro domo sua, docent Rober.li.3.sent.c.19. Brisonius li.1. Select.c.13. ex quibus intelligi potest sententia Vlpiani in fragmētis titu.11.& titu.17.& titu.20.versi. Latinus. dū probat Latinum vel Iunianum capere non posse nisi intra centum dies ius Quiritum fuerint consecuti, nam cum Latini haberent statum ciuitati Romanæ inferiorem in.l. vnica.C.de latina libert.tollen. in.§.libertinorum. Instit. de liberti. ex testamento capere non poterant, eadem etiam obseruatione interpretor text. in.l.1. C. de hæredib.instit.dum ait, *deportatos quasi peregrinos hæreditatem capere non posse si hæredes scribantur, sed hæreditas in ea causa esset in qua fuisset si hæredes scripti non essent*, nā cū ꝑ deportationē, quis ad peregrinitatē redigat.l. sed si hac ibi, *si per pœnam deportationis*. ff. de in ius voc. desinūt esse ciues Romani.in.l.1.§.quibus.de leg.3.in.l. quędam.17.ff.de pœnis. ac per consequēs lucrum ex testamento capere nō possunt. Interpretor etiam. l. si cognatis. 20. ff. de reb. dub. in qua postquam Vlpian. dixit legatum cognatis relictum, deberi ijs qui cognati

cognati testamenti tempore fuerunt, & postea sublata adoptione per emancipationem desierunt esse cognati ait si in ciuitate maneat significans per hoc quod si ciues esse desierint lucrum ex testamento capere non possunt nam in.cap.2.legis Falcid.abrogata.l.furia & explossa.l.Voconia libera & absoluta legādi facultas.l. duodecim tabularum cōcessa restituta ad significandum cui possunt legata relinqui dicitur qui ciues Romani sunt qui eorum post hāc.l.rogatā testamētum facere voleris quantam cuique ciui Romano &c. vt cognosceremus solum valere legatum relictum ciui Romano; denique ex eadē obseruatione colligitur ratio quare seruus ex persona propria legatum capere non potest licet capiat induēdo personā domini vtilitatis gratia in.l.si mihi & tibi. §.regula de legat.1.in.l.nō minus.31. ff.de hæred.instit.quia ciues Romani dicuntur liberi homines qui vrbe Romanam aut agrum inhabitabant qui tribuum qui suffragium, qui bonorum potestatē sunt adepti, & in omnia commoda quibus ciues Romani fruuntur, vt ex varijs obseruat Sigonius de antiquo iure ciuium Romanorum lib.1.c.1. & ne tunc obstet text. difficilis in.l.si deportati.7.de lega.3.vbi fideicommissum relictum seruo deportati, ac per consequens incapaci, quia seruo non ciuis Romani ex dict. §.regula non habetur

65 pro non scripto. Sed ad fiscum pertinet in qua difficultate post nouem interpretationes relatas ab Aquilino in.l.1. nu. 128.C.de hered.instit. magis aliquibus placuit sententia Fulgosij in. d.l.1. recepta ab Aquilino.ibid.nu.129.distinguentis & separātis à legato hæreditatē vt illa deportato relicta habeatur pro nō scripta propter negatā testamēti factionē, ad vero legatū valeat quia vires testamēti nō dependent ab eo sicut ab institutione in. §. præterea. Institu. de fideicōmissarijs hæreditatibus quæ interpretatio licet in praxi esset seruāda casu quo tēpore quo dies legati cedit deportatus fuisset restitutus aut seruus manumissus, nā sicut lex Papia legatū cœlibi & orbo relictū nō aufert ab eo si tēpore quo cedit dies legati habiles sint & capere nō prohibeātur tex.in.l.nō oportet.52.de leg.2.praxis recepta à Greg.per tex.ibi verbo, *murïesse*.in.l.1.tit.9.par.6.Pelaez tract. maioratuū.1.par.q.2.nu.1.obseruat sufficere in legatis adesse testamēti factionem cū legatario tēpore quo testator decessit quāuis testamenti tēpore nō esset cū eo testamēti factio in puncto tamē iuris etiā testamēti tēpore desideratur habilitas legatari vt nos supra.1.parte obseruauimus.

Vnde verissima interpretatio est text. in dicta.l.si deportati non in hæreditate, neque in legato sed in fideicommisso accipiendū esse ex eius versiculo *fideicommissum fuerit ad scriptum*, quod quidem deportato relictum ideo valet quia capiētis capacitas non desiderabatur: legatum enim posthumo alieno relinqui non poterat in.§.posthumo quoque instituta de legatis, bene tamen poterat relinqui fideicommissum in. l. penultima. de legat.1. quia fideicommissorum vsus fuit introductus gratia & fauore eorum qui ex alterius testamento capere non poterāt cum tunc incapax magis caperet ex fide & pudore grauati quam ex alterius testamento autore Iustiniano in principio Instituta de fideicommissarijs hæreditatibus, vbi optimum exemplum apponit Theo 66
philus in latino peregrino deportato ante quem in latino id obseruauerat Vlpianus supra.tit.15. §. latini Iuniani etsi tunc aliquis obijciat ex supra à me interpretata.l. & fideicommissum.85. de legatis.3. respondeo eam æquiparationem tantum fuisse factam quoad cœlibem & orbum, ne eius respectu eludatur lex Papia si ipse capiat relictum per viam fideicommissi excluso fisco: at in nostro casu ex eo quod valeat fideicommissum nullum fit fisco præiudicium sed potius cōmodum cum ad eum fideicommissum pertineat, sequitur ergo extensionem legis Papiæ non esse in hoc casu admittendā ne inducta in fisci fauorem in eius odium retorqueantur contra regulam text.in.l.3.§.si emancipatus.ff.de cōtra tabulas, minus obstat dicere ex hac obseruatione illud absurdū

sequi quod testator qui voluit prospicere deportato vel seruo manumisso vel alienato nihil faciat capiente fisco sed respondeo testatorē fideicōmisso prospexisse deportato cū vtatur seruo & fideicommisso per totū tēpus vitæ suæ cū ad bona post deportationē acquisita nō se extendat cōfiscatio nisi deportato mortuo. l. 2. C. de bon. proscripto antequā poterat restitui, & sic irreuocabiliter habere ꝓspexit etiā seruo nam forte ratione fideicōmissi alienabitur & tunc plus ęstimabitur quā alias hęc autē legata quæ habētur pro nō scriptis ex dicta Iustiniani sanctione remanēt penes hæredē in. d. §. in primo etsi fideicōmissum habeatur pro non scripto illud penes legatariū remanet nā respectu fideicōmissi testantē solū fideicōmissariū legatario prætulisse verosimilius est in. l. si quis eū versiculo *quia magis commodum*. ff. de cōditio. & demon. in. l. si Titio. 95. in prin. de leg. 1. iunctis his quæ in eius proposito docet Costa lib. 2. selecta. c. 25. nu. 8. in. l. si quis Titio. 16. de leg. 2. qua verisimilitudine cessante deueniūt res legatę ad hæredē in. l. alūnæ. 3. §. seia. l. filio. 31. §. matri. ff. de adim. leg. docet Bar. in. l. Gallus. §. & quid si tantū. nu. 8. facit text. secūdū eius verum intellectū in. l. Lucius. 90. §. à te peto de le

67 gat. 2. l. pecunia. 8. in princ. ff. de adim. leg. Modestinus tamen à præfata recedere videtur sentētia dicēs in. l. 31. de leg. 2. *si quis quos nō poterat manumittere legauerit vt manumitterentur, neque legatū neque libertas* valet ac per cōsequens docet legatū apud hęredē remanere: in qua difficultate communis recepta à Bart. oppositione. 3. in. l. codicillis de leg. 2. tex. in. d. l. si quis eū. in legatario. tex. vero. in. d. l. si quis quos in nudo ministro docet. accipiēdū vnde succedit regu. d. l. si quis Titio si fideicōmissum deficit per casum legatū remanet penes legatariū non vero penes nudū ministrū, sed hæc cōmunis interpretatio conuincitur, primo ex eo, quod diuinatoria est cū ex verbis earū legum nō appareat quādo testator voluit legatariū capere fructū ex legato aut solum elegit eius ministerium.

Secundò quia licet in. d. l. si quis quos legatarius nudus minister fuisset, tñ quī eum eius actus ministrū fecit magis ad eū ius patronatus quā ad hæredem pertinere voluit & ideo in eo adhuc militat ratio. d. l. si quis cū versiculo *quoniā magis* vnde verius censeo legatū iure petitionis nō valere in dict. l. si quis quos valere tamē iure retentionis in. d. l. si quis eum: vnde cū effectus legati in petitione cōsistat Modestinus videns præfatum legatū peti non posse illud non valere asserit Paul. tamen in. d. l. si quis eum solum ait legatariū à legato nō repellendū quia licet legatū petere nō possit si tamen quauis ex causa possessionē rei legatæ nactus sit nō erit ab ea remouendus quia licet non habeat legati petitionē cū ei obstet exceptio noluisse testatorē eū fructū ex legato capere sed solū voluisse vt seruus manumitteretur qui cū nō posset manumittere prohibēte lege Caninia in id tamē legauit vt à legatario manumitteretur quē si manumittere non valet nō potest in fraudē legis legatū petere habet tamē legati retētionē: nā si seruū possideat & hæres petat poterit excipere quòd licet fideicōmissum libertatis sit inutile nō debet legatū vitiari cū inseparabilibus vtile per inutile nō vitietur quòd si neget hæres testatorem voluisse eum lucrū ex legato capere poterit se tueri quia cū testator magis eū quā hęredē iussit manumittere videtur velle vt is potius quàm hæres iure patronatus fruatur, & vt magis legatarius quam hæres cōmodū in eo seruo habeat qua ratione qui possidet possessione suffultus poterit se tueri vt probatur in. l. codicillis. 91. in fine de leg. 2. in cuius proposito tradunt licet subobscure Cuià. ad Vlpia. ti. 1. vers. lex furia. Reuardus in notis perpetuis ad. d. l. si quis eū in cuius cōfirmationē cōsidero. i. quod licet ꝓpter in certitudinē legatarius à petitione legati repellatur. in. l. 3. §. si quis duobus. ff. de adimen. secu. literā impressionis Lugdūnensis. l. si ita fuerit. 11. l. si quis de pluribus. 28. ff. de rebus dub. si tamē hęres vni ex legatarijs tradiderit legatum nō probāte altero de se testatorē sensisse legatum obtinebit rei legatæ possessione suffultus

cū

68 cũ ab ea nisi certa probatione excludi non possit in.l.si quis seruum.7.§. si inter duos de lega.2.vbi. Cma. adnotauit docuit Soci.in.d.l.si ita fuerit.nu.11.

69 Secundo considero in.l.3.§.si quis duobus.ff.de adim. lega. dationem vitiari incertitudine ademptionẽ vero augeri, & sic si Titio albo decem & Titio nigro decẽ reliqui & postea Titio quod dedi ademi non declarando cui nã ademptũ volui certe cũ vni ademptum sit, superest vt effectualiter alteri tantũ datũ videatur, nec apparet cui potius hęres tutus possessione rei legate potest excipere dicens adẽptionem illã ei obesse vel testatorem adimentem de eo sensisse quod si neget legatarius contrariũ probare debet cũ illud sit suæ intentionis fundamentũ.l.1.l.actor. C.de prob. docet Alciat.consil. 92. nu. 5. lib.9. tom.3.Mẽcha.de succ.ꝑgre.l.1.§.3.nu.37.

70 Tertio cõsidero quod legatũ relictum seruo sine libertate habetur pro nõ scripto in.l.seruis.C.de legat. & tamen lex tuetur possessorẽ & nõ redit ad hæredẽ in.l. fin. §.illo videlicet obseruando. C. de necess. seru.hær.etsi testator reliquit Caio & Seio centũ & eis fideicõmisit vt dicta centũ ancillæ testãtis darent non valet fideicõmissum neq; legatarius petere potest legatũ, sed si possidet retinet neque restituit hæredi.l.codicillis.91.in prin.de leg.2.aut enim legata erãt caduca aut quasi caduca: hæc enim.l.Papia pertinebãt ad fiscũ hodie autẽ pertinent ad substitutũ vel coniũctum

71 in.d.l.vni.§.pro.secundo.in quo Iustinianus restituit ius antiquũ intactũ relictum in.l.Celsus de leg.2. cui decisioni Iustiniani ne obstet.l.11.ff.de captiui. in qua dicitur *quod si filius viuo patre moriatur nihil est quod de secundis tabulis tractari possit* & cõmuniter respondetur eũ text.accipiẽdum esse in pupillari in qua filio viuo patre defuncto nullũ ius substituto defertur, vt docet Bellinus de re milita.3.par.nu.26. quẽ sequitur Costa.2.ca.parte verbo testatore mortuo.nu.2.si tamen compẽdiosa substitutio fuisset facta filio in.d.l.quod si filius. substitutũ ex vulgari admittendũ tradiderũt benedictus Capra in tract. substitutio. 5.par.nu.55.Grassus.§. substitutio.q.61. nu.2.&.q.71.in prin.Bursatus cõsi.97.nu. 7.vol.1. Aluarado. sup.lib.2.c.2.§.1.n.25. Dilectus in arte testãdi ti.5.caut.14.nu.3. Verius in.l.ex facto.nu.417.ff. de vulgar. quibus motus ex text. nostro accedit Costa.d.nu.2.pro quibus facit.1.text.in.l.gallus.§.quidã rectè,& text. in.l. si alij.9. ff.de vsuf.leg.præmittendo verius esse ex vulgari nõ tolli suitatem in.l.fin.verbo nã superior.ff.de cond.inst.& probant ex pluribus.Ias.nu.41.Sarmi.nu.8.in.l.si filius hæres.ff.de lib.& post.Chalãcus in.l. 1. à nu. 57.ff.de vulg.Corra.lib.1.misc.c.2.Gom. 1.tom.c.3.nu.15.ex eo probatur nostra sententia quia attento iure ciuili quo nõ competit abstinendi beneficiũ in.§.sui. inst. de hæred.qual.nullo alio casu potest vulgaris cõprehensa in cõpendiosa verificari cũ filio defuncto patre mortuo necessario fatendũ sit paternã hæreditatẽ ex potẽtia suitatis esse ad hæredes transmissam in.l. apud hostes.C.de suis &leg. hęred.ad portionẽ autẽ vacãtem.1.admittitur substitutus secundo coniunctus:substitutus enim semper coniunctim excludit. l.2.§.si duo. ff.de secundũ tab.l.quanuis.C. de impub. auth.hoc amplius.C.de fideicõmis.docet Bonus de curtili.tract.de nobilita. 3. part. nu. 9. Politus de vulga.3.parti.nu.57. Alciat.consil.60. à nu. 2.l. 9.tomo.3.Bernar. Diaz.reg.715.Gratiã.reg. 18.Grassus.d.§. substitutio.quæst. 13. nã cum substitutus habeat testantis voluntatem expressam cessat tacita coniecturalis. l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulga. vt anteponatur dispositio certa ambiguę in.l.si Titio. 63. §.Iulianus de leg.2.ordinaria subsidiariæ testamentaria legali.l.fin.C.de pact.conuen.l.& habet.§.cũ quis.ff.de precario:nã substitutꝰ à testãte debet pręferri vocatis à.l.in.l.fi.C.de necessa.seruis & ius accrescendi volũtate testantis confirmatũ efficatius esse altero à.l.descẽdẽti dixit Bald. per text.ibi.in.l.quidã. C. de iure delib.& successo. edict. à mera legis dispositione descẽdens est posterius iure accrescendi quia

quia illud aliquatenus testantis menti cōcordat in.l.meminimus.verbo successionis.C.de legit.hære.neq; obstat text.in.l. quidā testamēto.31.ff.de vulg.nā ibi cōiunctus admittitur nō ex præsumpta testātis volūtate, quia filius vt cōmunis voluit cū ea falsa sit ex Mātica de cōiect. vlt. vol. l.4.tit.15.n.19. Sed quia cōditio nō extitit substitutionis vt dixerunt Socin.reg.479. Duare.li.1.de iure accresc.c.16.nā hodie si testator dicat si Titius & Seius hęredes nō erunt substituo Caium vno repudiāte nō admittitur substitutus, quia nō est verum dicere ambos non extitisse hęredes prout verborū proprietatis docet in.l. si ita quis. ff.de verb.obliga.quam ad hoc rectissime cōsiderauit noster Spino in Specul. testa. gl.22.nu.22.hic autē latus campus se offerebat disputandi materiā iuris accrescēdi, quā ne extra chorum saltare videar intactā relinquo, cuius loco quasi per trāsennā disputabo an legata ab instituto relicta censeantur repetita à substitutis & Iustinianus Imper.affirmatiuā decisionē proponit in.dict.l.vnica. §.pro secundo. quæ probatur.in.l.licet.77.de leg.1. l. si Titio. 63. §.Iulianus de legat.2. l. si ab eo. ff. de vsufruct.leg.l.non iustam. C. ad Trebel. exornant eleganter Rolandinus de testa. §.8.numer.7.Scotus respon.13. numer.18. lib.5.tom.2.Alciat.regul.2.præsumpt.35. Gom.1.to.c.12.nu.36.idq; duplici ratione factū est prior quia cū institutus magis dilectus grauetur censetur grauatus substitutus qui minus dilectus est in. l. Publius. 36.§.fin.ff.de condi.& demonst.altera est quod cū substitutus subrogetur in locum instituti eodē iure vti debet. ex. l. si eū. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.l.1. §.hæc actio.ff.si quis test.lib.vnde quemadmodū commoda ex substitutione cōsequitur ita & onera instituto annexa debet implere.argum.l.vlt.verbo nō enim est par. C. de codici.docet Fulgo.& Corne. nu.4.in dict.l.non iustā.Iaso.in.d.l. licet Imperat. numer.26.Cuma. in.l.celsus.§. quod alicuius.numer. 1. & in.l.cum pater.§.ab instituto.1.lectu.de legat. 2. & in locis supra citatis Alciat.& Gom.

Ei tamē obstat in primis.d.l. Celsus.§. quod alicuius dū probat grauamina hęredi instituto iniuncta nō transire ad aliū hęredem eo deficiente qua difficultate glo. ibi verbo alij dicunt respōdet eū text.procedere in legatis & fideicōmissis nominatim ab instituto relictis, & sic Imperatorū decretū locum non habere in hærede nominatim grauato crediderunt Bar.in.d.§. quod alicuius.nu.3.& in.l.1.§. id quod ex substitutione.ff.ad.l.Falc.& in.l.eam quā. nu.6.C.de fideicōm.Bart.in princ. Socin. nu.15.in.l.quæ conditio.ff. de cōditio. & demon.Bartol.nu.3.& 4.Ias.nu.34.in.d.l. licet.Bar.nu.54.Politus.85.Crotus.n.107. in.l.re coniuncti de legat.3.Corra.nu.6.in Rubrica.C.de impub.Cou.in.ca. Reinal. §.3.nu.8.Gom.d.nu.36.Mantica de coniectu.l.2.tit.2.nu.15.Aluarado de coniectu. men. l.2.c.2.§.1.nu.23, moti ex.d. §. quod alicuius.l.1.§.fin.l.si plures.96.de leg.3. l.1. §.id quod ex substitutione.ff.ad.l. Falcid. exponendo verbū non augebūt, idest, nō debebūtur quæ expositio cōmunis est secundū Alex.& Vincentiū de Herculanis. ibi.nu.1.à quibus dissentiunt gl.verbo nominatim in.§.id quod ex substitutione recepta à Cuma.& Cas.nu.2.ibid.Peralta in dict.§.quod alicuius.nu.4.Greg.gl. mag. in.l.5.tit.9.par.6.Alciat.suprà nu.4.moti. 1.ex tex.expresso in.d.l.non iustam secūdo facit.l.debitor.82.ff.ad Treb.vbi grauamen fuit iniūctū per illa verba primus & secundus quæ aqud I.C.sunt nomina propria demōstrātia personā hæredis grauati in.l.interdū.13.de hæred. insti. 3. fac.l.ab exhæredati.129.§.vlt.de leg.1.vbi posthumus grauatur quæ demōstratio cū conueniat vni & certæ personæ vim habet nominis proprij vt expendit Peralta in dict. §.quod alicuius.n.24.4.fac.tex. in d.§.id qđ ex substitutione vbi licet nō augeātur legata debētur tñ nō aucta iuxta.l.quod si alterutro.77.eod.tit.5.fac.tex.in.d.§. Iulianus pręmittēdo in eo text.fideicōmissum fuisse nominatim iniunctū quia cū disiunctim ab vno ex hæredibus fideicōmissum reli-

relictũ sit necesse est vt nominatim fuerit rogatus, vt docet Salycet. in. §. his ita. d. legis vni. Alciat. suprà nu. 76. fac. l. 2. versi. *sed legata ab eo nominatim relicta debebuntur.* ff. de his quæ in testamẽ. delen. 7. fac. l. 5. tit. 9. par. 9. b. *a fulano que es mi pariẽte* iũcto verbo *estenudo de cũplir la mãda sobredicha.* 8. ꝓbatur duplici ratione. primo quia cũ grauatus nominatim sit magis dilectus vere oneratur minus dilectus, secundo quia si rescriptum non procederet in hærede nominatum grauato illud nihil præstaret quia cum per nomen hæredis legatur non ex vi repetitionis sed ex proprio grauamine præstabit legatũ substitutus aut cohæres. l. si plures de leg. 3. quam sententiam tenendo vt non obstent Bart. fundamenta obseruo ante rescriptũ Imperatorũ legata relicta ab instituto nõ debuisse substitutum aut cohæredẽ sed post rescriptũ deberi cœperũt ille ex rescripti verbis hic ex interpretatione. I. C. fuit autẽ rescriptũ necessarium quia licet testãtis voluntas suadere videretur vt legata à substituto debeãtur ea tñ verbis nõ insinuata nullius erat momenti vt notatur in. l. quidã cũ filium. 46. ff. de hæred. inst. & in l. Gallus. §. quidã rectè. Vnde. I. C. sola interpretatione voluntatis sine rescripti autoritate legatorũ repetitionem inducere nõ potuerunt cum ex iuris strictis regulis non posit cõsiderari intentio testãtis destitutis verbis testamentis cõsideratur autẽ obtento Imperatoris decreto. iuxta tex. quẽ sic interpretor cũ Costa in. §. posthu. n. 5. Cuia. li. 10. obse. c. 22. in. l. cũ mater. 28. ff. de inoffi. test. l. 3. C. eod. l. fi. ff. de hæred. insti. vnde. I. C. qui rescriptũ præcesserunt dixerunt nõ repeti legata quorũ tñ respõsa rescripto sunt correcta, idque. I. C. qui post rescriptum floruerunt notarũt vt apparet ex. d. §. quod alicuius in quo Celsus legata ab instituto relicta à substituto non deberi docuit, quia temporibus Adriani quibus Celsus floruit nõdũ erat lata Seueri constitutio, vt docet Salyc. nu. 3. Corne. nu. 5. in. d. l. non iustam. Ripa in. d. l. re cõiuncti nu. 109. Cas. in dict. l. eam quã. nu. 6. Cuia. ad Vlpia. tit. 18. nam Adrianus cœpit Imperare anno salutis. 119. fuitq; primus Imperatorũ ex his quorum constitutiones in Codicem translatę sunt vt scribit Freymonius in symphonia iuris pag. 180 seuerus autẽ & Antoninus imperare cœperunt anno 195. vt docet Genebrardus. l. 2. chrono. Freymonius suprà pagi. 342. nam & Saluius Iulianus florens temporibus Adriani, vt docet Cuia. d. tit. 28. Hothoma. in descriptione. I. C. Goueanus in l. 7. in principio de iurisdictione omnium iudicũ eandem cũ Celso sententiam probauit sed hæc resolutio ex multis periclitari videtur ex. l. quidã. referunt. 14. ff. de iure Cod. vbi Scæuola ex Proculi Sabini & Casij sententia (quos multo ante rescriptũ temporibus, scilicet, Tiberij Cæsaris floruisse cõstat. ex. l. 2. §. hi duo. ff. de orig. iur.) obligasse substitutũ ad soluenda legata relicta ab instituto colligit Cuma. ex eo qđ alias superuacua esset quæstio à. I. C. agitata sic etiã Celsus. in. l. Cels. 29. in prin. de leg. 2. & Iulianus. in. l. qui fundum. 86. §. si tu ex parte. versi. qui filiũ. ff. ad. l. Falc. quanuis rescripto anteriores, legata tamẽ repetunt à substituto, & Vlpia. in. l. quærebatur. 20. §. vlt. de milit. test. & in. l. 1. §. fin. de leg. 3. & Papinia. in. l. in ratione. 11. §. qđ vulgo ad. l. Falci. quanuis rescripto posteriores cum Imperãte Basiano filio Seueri floruerint si credimus B. Rutilio in vita Papiniani dixerint legata relicta ab instituto à substituto non deberi, quæ vt cõponã iura constituo separãdã esse causam legatorũ à causa fideicõmissorũ legata enim ante rescriptũ nunquã censebãtur repetita à substitutis quod secus eueniebat aliquando in fideicõmissis ea scilicet ratione quia in legatis ius versabatur nõ sola volũtas at in fideicõmissis voluntas magis quam iuris rigor attenditur. l. pen. de lega. 1. l. cum ꝓponebatur de leg. 2. & ideo secũdũ interpretationẽ voluntatis aliqñ repetebãtur à substituto aliqñ nõ atq; ita. I. C. ad inducẽdã vel excludendam repetitionẽ in fideicõmissis de voluntate disputabant. Celsus enim. in. d. l. 29. in princ. ex aliorũ sentẽtia pro

pro certo constituit fideicommissum deberi coniectura voluntatis ex eo deducta quod concubinæ erat relictum fideicommissum cui verisimile est testatorem voluisse consulere resartiendo damnũ quod ei intulerat, & ne deinceps alterius concubinatum pateretur credibile enim est testatorem nimis concubinam dilexisse, & liberto legasse non tam vt eum honoraret quam vt concubinæ consuleret cui à filia non reliquit ne inhonestum videretur à filia concubinæ legare: hac ergo coniectura celsus motus à filia hærede apud quam legatum mansit quasi caducum fideicommissum repetitum esse respondit & in.§.quod alicuius eiusdem.l. 29. & in §.Iulianus.d.l. si Titio repetitionem negant Iurisconsulti quia cum esset nominatim fideicommissum relictum non apparebat voluntas ad inducendam repetitionem cum ex nominatione ea testantis videretur mens vt solus rogatus fideicommissum præstaret post rescriptum tamen semper legata relicta ab instituto tenebatur præstare substitutus vulgaris non vero ille qui realiter substitutus non erat in l.si plures.96.de leg.3.vbi si dixit testator seius hæres sto si seius me viuo moriatur Caius hæres sto si Caius antequam nauis ex Asia venerit decedat Sempronius hæres sto qua in specie satis constat Sempronium & Caium non esse substitutos sed vnumquemque institutum in suo casu quemadmodum in cõsilio Galli Aquilij in quo quia non potest vterque institutus simul concurrere dicit Iurisconsultus esse duos gradus in.l. cum in testamento ff.de hæred.instituen.quo fit vt in. d. l. si plures non censeatur repetitum legatum quia in ea erant plures hæredes instituti in vno gradu quemadmodum.in.l. quærebatur.§.vlti. de militari testamento non debetur legatum à secundo hærede scripto quia ille secundus hæres verè & realiter non fuit substitutus sed tantum vocatus in defectum primi neque obstat illum substitutum dici in.l.milles ita.42. de militari testamento.quia ille textus potius respexit ordinem succedendi quàm effectũ & subtilitatem iuris vt dixit Alex.in rubrica.num.6.ff.de vulg.ex eadem etiam obseruatione soleo interpretari text.in.l.1.§.fin.de leg.3.vt non dicamus cum Ias.in dicta.l.licet Imperator.nume.41.& in.l.1.§.hoc autem.nu.5.ff. ad Trebel. Balduino in.§.præterea instit.de fideicom.hæ.Mãtica suprà.nu.10.sequentem in gradu ideo non teneri soluere legata à primo relicta quia à primo fuerat nominatim relictum cum substitutus teneatur præstare legata ab instituto nominatim relicta vt suprà obseruaui & remotior agnatus legata à proximiori nominatim relicta ex rescripto Seueri ad hũc casum extenso in dict. §.Iulianus, sed defendamus ideo remotiorem in eo.§.fin.non teneri fideicommissum præstare, quia rescriptum Imperatorum non pertinet ad vlteriores legitimos hæredes vt docet Bald.nu.8.Cast.nu.3.in dict.l.non iustam.Ias.in.d.l.licet Imperator.nu.40.& in Auth.ex causa.col. fin.C. de lib.præte. non ex ratione cõmuni suffulta authoritate Accursij ver. repetitum, in.d.l.non iustam, scilicet, quia sequens in gradu non dicitur ex voluntate testantis vocatus cum proximior non sit: nam etsi veniẽtes ab intestato dicantur à defuncto vocati quia nõ exclusi in.l.cõficiuntur. ff. de iure codic. vt receptũ est in posthumis & nepotibus præcesis à patre authoritate legis Velleiæ. in.l.3. ff.de iniust.rupt.& in pronepote admisso ex Papiniani cõiectura scripta in.l.cum auus.100.ff.de cond.& demõst. & in matre admissa ad filij successionem stante tacita pupillari considerabit ipsemet Papinia.in.l.fin. C. de inst. & subst. sequẽtes tamẽ in gradu nullo modo possunt dici à testante vocati quia verisimile non est eum de remotioribus cogitasse cũ defunctus adhærens iuris dispositioni grauet quẽcunque futurũ successorẽ vt aduertit Pinel.in.l.1.C.de bon.mater.1. par.n.73.& satis probatur in. l. statu liberi à cæteris.§.Q.Mutius. ff.de statu lib.nã si pater famil. ꝓximiorẽ agnatũ quẽ statim voluit succedere onerauit multo magis.

intelli-

intelligendus onerare velle remotiorem, propterea igitur remotior fideicõmissum non debet quia iure ciuili proximior tantum abintestato hæres est: illo tamen hærede nõ existẽte ante Iustiniani constitutionẽ relatã in. §. placebat. Instit. de legit. agna. succes. remotior nõ succedebat, Prætor tñ eum ad bona vocabat concessa bonorum possesione, vnde cognati atq; ita remotior non ciuilis sed prętorius successor erat inde fit vt paterfamil. legitimũ hæredem rogans proximiorem tantum oneret quia onerat eum qui iure ciuili abintestato hæres est: hęres autem legitimus dũtaxat proximior est: nam abintestato iure ciuili vnus tantum est casus successionis, vt inquit textus. in. l. abintestato de iure cod. hoc est esse proximiorẽ patrisfamil. tempore mortis eius.

Quare totam hanc rẽ distinctione cõprehendendam censeo: aut enim paterfamil. intestatus moriens per nomina propria in proximiores fidei cõmittit & tunc quanuis plures sint proximiores tempore successionis solus nominatus fideicõmissum debet si nõ sint, alij tunc proximiores etiã si postea nascatur nominatus integrum fideicommissum debet quoniã testator nominatum rogabit tanquã in solidum hæredem futurum ipse tamẽ nominatus qui propriẽ hęres est non plus parte hæreditaria præstare cogitur. in. l. cum pater. 79. §. cum existimaret de leg. 2. l. pen. de iure codici. ff. si vero fideicõmissum sit relictum per hæc verba quisquis mihi hæres erit omnes proximiores tempore mortis qui eiusdẽ gradus sunt fideicõmissum debent siue etiam postea superueniãt veluti posthumus quæ est vera sententia dictæ legis abintestato, ad vero remotior iure prætorio succedens fideicõmissum nõ debet quia relictum est ab hærede legitimo neque repetitur ex vi rescripti à remotiore agnoscente bonorum possesionẽ à prætore cõcessam quia rescriptũ ad solos substitutos vel quasi substitutos non vero ad aliam speciem successionis pertinet in dict. l. 1. §. fin. de leg. 3. in quo cũ mysterio expresit Curt. Iun. rem otiorem per bonorum possesionem success. ille qua de causa solebant consulere consulti patresfami. vt omnem abintestato successorem obligarent sic dicerẽt quisquis mihi hęres erit vel bonorum possessor vt nullo casu deficeret fideicommissum: nam ex prioribus verbis debebatur à pximiori quasi à legitimo hęrede, ex posterioribus vero debebatur à remotiori vt probatur in. l. Titia. 13. de inoffi. testa. & in. d. l. abintestato. quæ omnia magni momẽti iudico ad interpretationẽ tex. in. l. si pater. §. fin. ff. de fideicomm. liter. vbi sequens in gradu præstat fideicommissariã libertatem à proximiori relictam non ex vi repetitionis sed quia ex verbis ipsius tẽstantis reperiebatur grauat⁹ omnis abintestato successor vt satis insinuat ibidẽ. I. C. versi. videri ab omnibus qui legitimi hæredes aut bonorũ possessores futuri censentur hoc peti: nam in. l. eã quam. C. de fideicõ. venientes abintestato ideo tenẽtur fideicõmissum pręstare quia fuit relictum verbis generalibus quæ possent omnem successorem cõpræhendere (illis scilicet volo vt hæreditas mea fratribus restituatur) vt etiam fit in. d. l. si pater. §. fin. trad. Corne. nu. 1. versic. 3. nota. Meneli. nu. 4. in. d. l. eam quã. Cuia. tract. 5. ad Africa. pag. 81. litera. Z. Gouean. in. l. 1. de vulga. versiculo nã tunc hæredis. & l. 1. vario. c. 1. quæ tamen obseruatio licet attento iure antiquo verissima sit, attento iure nouo non procedit: nam cum hodie sit in agnatis locus successorio edicto in. §. placebat. Instit. de legi. agna. succe. sitque sublata agnationis & cognationis differẽtia in Authe. de hęredita. abintesta. . si igitur collat. 9. Rogato legitimo hærede omnis abintestato successor tenebitur, siue is proximior sit tempore mortis siue eo deficiẽte proximior siue per virilis, siue per fœminini sexus personas descedat: quinimo in his Castellæ regnis testamẽto legitime facto destituto, is qui abintestato bona vindicat tenebitur legata relicta ab scriptis hęredibus præstare. l. 1. titulo. 2. lib. 5. ordina. l. 1. titul. 4. lib. 5. Nou. compil.

FINIS.



O he visto dos Commentarios, el vno de la regla Catoniana, y el otro de la ley Iulia, y Papia, intitulados, ocium quadrimestre, compuestos por el Licenciado Ioan de Pareja, y en ellos no he hallado cosa que offenda, antes me parecen muy doctos, y de mucho ingenio, erudicion y buena doctrina. Por lo qual, y por ser las materias tan graues, difficultosas y extraordinarias, y porque en ellos van declaradas muchas leyes de las mas difficultosas del derecho ciuil, me parece seran muy vtiles y prouechosos, y dignos de que salgan a luz, y de que anden en manos de hombres doctos, y de los que pretenden serlo. Y lo firme en Salamanca a veynte y vno de Henero de mil y quinientos y nouenta y vn años.

Doctor Iuan de Leon.



L Licenciado don Andres de las Infantas y Mendoça, Prouisor en la ciudad y Obispado de Salamanca, &c. Por la presente damos licencia a Iuan de Arnao impressor vezino de Salamanca, para que sin pena alguna pueda imprimir el libro arriba referido. Fecha en Salamanca a veynte y dos de Henero, de mil y quinientos y nouenta y vn años.

El Licenciado don Andres de las Infantas y Mendoça.



colorchecker CLASSIC
calibrite
mm